C.13.32.

118
7
27

XVI-2680

RESTAURAT
abril 2004

Modò ex bibliot.^ca^ Josephi Hier.^mi^ Besora

Olim ~~Ex bibliotheca [illegible]~~

CXVIII - 7 - 27

# DE VARIA temporum in iure CIVILI OBSERVATIO-ne, Euſtathij olim Conſtanti-nopolitani Anteceſſoris Libellus.

*ITEM:*

LEGES RHODIORVM NAVALES, MILITARES ET Georgicæ IVSTINIANI: quarum priores ambę nunc primùm, Georgicæ autem multo emendatiores & auctiores quàm antea, iuxta exemplar D. ANTONII AVGVSTI-NI eduntur:

*Opera & ſtudio SIMONIS SCHARDII I. C.*

PROVINCIAL
UNIVER
BAR ELONA

BASILEAE, PER IO-*annem Oporinum.*

1950000722

*AMPLISSIMO UIRO, pietate, eruditione, omniq; uirtutum genere præſtanti,* D. IOANNI BAPTISTAE HAINZELIO, *patricio & Conſuli Auguſtano, Domino & Mecœnati ſuo colendo,*

SIMON SCHARDIVS I. C.

S. P. D.

QVI exteras atq; remotas regiones, HAINZELI ampliſsime, adeunt, diligēter curare ſolent, ut rem quādam illic cōparatam, amicis, & bene de ſe meritis domū adportent, quò ea & conſeruatam ipſorum memoriam teſtificentur, eorumq; congratulationem & gratiam promereantur. Etſi enim eæ res plerunq; tenues, nec admodum precioſæ eſſe ſolent: tamen cùm propter donātis animum, tum

locorum unde adferuntur ueneran-
dam dignitatem, neſcio quid gratiæ
habere uidentur. Cùm itaq; ad an
nos aliquot ſingularem tuam in me
beneuolentiam expertus, præterita
hyeme Italiam obirem, ad antiqui
moris obſeruationē me officiorum
ratione teneri atq; aſtringi facillimè
perſpexi. Cæterùm cùm, qui di-
tioribus mos eſſe ſolet, nec gemmæ
Indicæ, nec precioſorum nomiſma-
tum monumenta à me cōparari poſ-
ſent, nec fortè etiam id conueniret:
ne tamen penitùs morem uetuſtum
neglexiſſe, tuæq; in me beneuolen-
tiæ immemor fuiſſe uiderer, de lite-
rarij monumenti comparatione di-
ſpicere cœpi, quod & meæ faculta-
tis eſſet, & tibi uiro omni doctrina-
rum cognitione præſtanti probari
poſſe ſperarem.

Si etenim nomiſmatū, ſimiliumq;
rerum monumenta ob priſcam uetu
ſtatem, & perfectionis opinionem,
precij alicuius eſſe uidentur: quanto
pluris


pluris illa facienda, quæ præter pul-
chritudinem & antiquitatem, com-
monſtratione rationis, in rebus poli
ticis adminiſtrandis obſeruatæ, uitę
hominum, ſtudijsq; diſcētium com-
moditates quàm maximas adferūt.
Quare cùm me in iſta peregrinatio-
ne Bibliothecas diligētius excutien
tem, in LEGES NAVALES, MI-
LITARES ATQVE GEORGICAS,
Græcè cōſcriptas, incidere, & pòſt,
cōmendatione uiri doctiſsimi VIL-
HELMI SIRLETI, ad colloquium
& inſpectionem monumentorum
antiquorum clariſsimi eruditione &
uirtute uiri D. ANTONII AVGV-
STINI admiſſum, eaſdem inter cæ-
tera ab illo oſtendi, iudicioq; eius
peracri probari contigiſſet: non tan-
tùm ad exemplar Auguſtinianeum,
benignè humaniterq; mihi cum alijs
nonnullis conceſſum, illas deſcribi
curaui, ſed & cum alijs exemplari-
bus quę in Vrbe inueniebantur, per
ocium ipſe ſtudioſè contuli: ea ſen-
 tentia,

tentia, ſi non alterius in iſta profectione pro te munuſculi conficiendi ſeſe occaſio daret, hac interim minimè ſpernenda uterer.

Etſi autem poſtea alia, eaq; utilia, ad manus meas peruenerint, nihil tamē magis quàm has ipſas leges pro Amplitudine tua comparare libuit. Nam ne de ipſarum antiquitate, uel præſtantia & utilitate naualis, militaris, atq; ruſticæ rei quid dicam, quo hoc lenocinio munus ornetur, gratiusq; apud te efficiatur: quod nam conuenientius munus Amplit. T. à me offerri potuiſſet, quàm ad eam profeſsionem ſpectans, quam conſilio tuo ſuſceptā, patrocinio tuo cultam, conſtantiaq; benignitatis tuæ ad qualemcunq; exitum à me perductam, non tantùm fateri, ſed & profiteri mihi neceſſe eſt? Licet uerò nonnullis res nauticæ, militares ac ruſticę, à profeſsione Iuriſprudentię remotę & alienæ eſſe uideri poſsint: me tamen, qui & prudentiſsimos legumla-


gumlatores eas ſua nomotheſia proſecutos, & ueteres quoq; Iureconſultos in interpretatione earum quàm diligentiſsimè uerſatos eſſe ſcirem, non piguit puduit ue quid temporis earum deſcriptioni impendere, easq; latentes & quaſi obſoletas in gratiam ſtudioſorum eruere conari. Quis enim eſt uel mediocriter ſaltem in ſtudio iuris uerſatus, qui neſciat, res nauticas ſub titulo ad l. Rhodiam de iactu tractari: ac Voluſium Mætianum præſtantiſsimum Iureconſultum, ad Leges Rhodias peculiarem librum edidiſſe? De re autem militari, an non & quoq; titulus peculiaris in noſtris Pandectis extat, & celebratiſsimi Iureconſulti totos de ea libros ſcripſiſſe leguntur? An non etenim Arrij Menandri libri quatuor, Tarantini Paterni quoque totidem, Aemylij uerò Macri libri duo de Re militari cōmemorantur? Quàm uerò ſollicitè res ruſticæ, utpote ſine quibus urbanæ conſtare

ſtare non poſſent, ueterum Romanorum legibus ſint conſtitutæ, illa quæ XII Tabularum fragmentis de re ruſtica inſerta ſunt, abundè teſtantur: tum quoq; Imperatorũ conſtitutiones, & prudẽtiſsima Iureconſultorum reſponſa liquidò docent: quorum illę agricolas, eorum'ue boues, aut ruſtica inſtrumenta interturbari uetant, Auth. agricultoris. C. quæ res pign. oblig. poſſ. l. 2. C. ne ruſticani ad ull. obſ. deuoc. lib. 11. illa uerò toties inculcant, conſulendum eſſe ocio & ſecuritati agricolarum, ne occupati circa rem ruſticam, uel in forum temerè compellantur, uel ad ulla extraordinaria munera diſtrahãtur: pericuulm enim eſſe alioqui, ne deſtituatur annonæ præbitio. l. 2. ff. de nundinis. Viderant etenim uiri ingenio, uſu, rerumq; experientia peritiſsimi, non tãtùm ciuitatem aut gentem, ſed nec uitæ genus, uel domum ullam ſubſiſtere aut durare poſſe, niſi legum imperio quaſi uinculis





culis quibuſdam contineantur. Ac utinam, ut quę ipſorum in omnibus rebus uitæq; officijs certa lege muniendis diligentia cernitur, ea quoq; huius fatalis ſeculi eſſet, hauddubiè tam triſtis Reipub. facies paſsim nõ appareret. Quis etenim non uidet, quàm multæ calamitates ex legum militarium barbarico contemptu paſsim exoriantur? Quantis incommodis miſeri ex legum Georgicarũ neglectione obruãtur? quamq; commercia legum naualium deſpicientia concutiantur? Verùm à cõmemoratione earum rerum libens abſtineo, ne in multorum bonorum animis iuſtiſsimũ dolorem excitem.

Ego, ut dixi, perſpiciens haſce leges à mea profeſsione non alienas, de ijs ad te munuſculi loco mittendis, mecum conſtitui. Cùm autem & libellus EVSTATHII olim Anteceſſoris Conſtãtinopolitani, de Varia temporum obſeruatione, ad manus quoq; eſſet: eum illis adieci, non

alia de cauſa, quàm nouitate eius, &
utilitate adductus. Nã cum in foro,
ſi qua in re alia, temporum notatio
& obſeruatio cumprimis ſit neceſſa-
ria, propter uarias multipliceſq; eo-
rum diuerſitates, nullius in eorũ an-
notatione diligentiam tantã cogno
ui, quantam EVSTATHII: licet &
ueterum & recentiorum interpre-
tum aliqui id argumẽtum ex profeſ-
ſo ſuſceperint atq; tractarint.

Cæterùm, quia hæc ita ſcripta ui-
debam, ut pauci ea cognoſcere poſ-
ſent, quòd alijs potius rebus quàm
linguæ Græcæ plerię; hoc tempore
ſtudere malint: ego, licet iam quoq;
uſum eius inter grauia tetricaq; Iu-
riſprudentiæ ſtudia, per aliquot an-
nos intermiſiſſem, non illibenter ta-
men qualemcũq; interpretationem
Latinis adiunxi, partim linguæ Græ
canicæ recolendæ, partim alios iuuã
di ſtudio: non quidẽ elegantiam di-
ctionis ſequens, ſed in id incumbẽs,
ut ſenſum redderem, & ſi quę uerbis
legum



legũ Latinis expreſſa occurrerẽt, ea-
dẽ in interpretatione uſurparẽ, nulla
ijs ratione mutatis. Ac ut id ab alijs
uideri poſſet, legũ capita, unde una-
quęq; ſentẽtia mihi deſumpta eſſe ui
debatur, annotata ſubieci: ijs quoq;
interdũ obiter adiũctis, quę in tẽpo-
rum cõſignatione ab EVSTATHIO
uel breuitatis ſtudio, uel incuria o-
miſſa, mea diligẽtia in tabulas relata
eſſent. Iſta ergo qualiacũq; ſint, ut
meæ de tua in me beneuolentia me-
morię ſignum, & ut debitas πρωτογεν-
νημάτων ἀπαρχὰς, exemplo diligen-
tium agricolarum tibi HAINZELI
ampliſsime, initiò obferre uolui.

Verùm de tota re diligentius co-
gitanti, & illud in mentẽ ueniebat, le
ges haſce propter nouitatẽ haud du-
biè multorũ cenſurã ſubituras, inſi-
gnis uiri ſubſidio & autoritate mu-
niendas eſſe. Si etenim ueteres cele-
bratiſsimi legumlatores, Minos, Ly
curgus, Numa Põpilius, ſuis legibus
ac ſanctionib. Iouẽ, Apollinẽ, Nym-
phas,

phas, ſimiliaq́ numina præficienda
eſſe arbitrati fuere, quò eę plus fidei,
autoritatis & cōmendationis habe-
rēt: quãto maiore ſubſidio his legib.
opus erit, nō ab illuſtri legū cōdito-
re prolatis, ſed ſtudioſo earū è tene-
bris in lucē poſt lōga tempora reuo
catis? In eius ergo cogitatione uer-
ſanti, & autoritatē & defenſionē no
minis tui inſcriptione ijs nō exiguā
cōciliari poſſe eſt uiſum. Te ſiquidē
uirū eum eſſe ſcio, quē nō tantùm ci
ues tui ob præclaras atq́ eximias in-
genij naturæq́ dotes meritò diligāt
ac prędicēt, docti omnes hinc inde
etiam in exteris regionib. certatim
colant, ſtudioſi ut unicū ſubſidij por
tum religioſé obſeruēt: ſed & à uirtu
te alieni, plurimi faciendū arbitren-
tur. Ac poſſem hic prolixè recenſere
tuam in omni doctrinarū genere pe
ritiam ſingularē, uitæ moderationē
præſtantē indicare, animū æquitatis
iuſticiæq́ obſeruantiſſimū prædica-
re, pietatē oſtēdere, ac bene merēdi
de Eccle-



de Eccleſia & doctis ſtudium uerbis
& teſtimonijs citra adulationis ſuſpi
cionem ornare. Sed id nō alia de cau
ſa, quàm breuitatis, omitto: gnarus
eius quod Pindarus dixit,

Αρεταὶ δ' ἀεὶ μεγάλαι πολύμυθοι.

Igitur eas attigiſſe contentus, hoc o-
ro, ut cùm tantum in te præſidij col-
locem, ut hiſce Legibus nomine tuo
apud doctos & ſtudioſos autoritas
ac gratia, cōtra obtrectatores ac in-
uidos defenſio acquiri poſsit, eas ut
pignus mei in te amoris ac cultus ac-
cipere, tuaq́ autoritate defendere,
me autem priſtina beneuolentia tua
cōplecti & proſequi uelis: certa fidu
cia, id à me ſedulò agi, ut quę hacte-
nus humanitate ac ope tua à me cul-
ta fuere ſtudia, eos cū tēpore fructus
ferant, qui alijs cum nominis tui lau
de, meæq́ in hiſce ſtudijs diligentiæ
teſtimonio, cum tēpore probari poſ
ſint. Vale uir ampliſsime, uerum Rei
pub. tuæ decus. Datę Baſilææ,
Anno 1561. Cal. Iulij.

LEGVM

## LEGVM QVAE IN HOC LIbro continentur, Elenchus.

### DE TEMPORVM PRAEſcriptione.


De momento. Pagina 17
De hora 31
De unico die 23
De prȩſcriptione duorum dierum 27
De III dierum præſcriptione 29
De VII dierum præſcriptione 31
De IX dierum prȩſcriptione. ibid.
De X dierum præſc. 33
De XV dierum prȩſcriptione 37
De XX dierum præſcript. ibid.
De XXX dierum prȩſcriptione 41
De prȩſcript. XL dierum 47
De L dierum præſcriptione. ibid.
De præſcript. LX dierum 49
De trium menſium prȩſcript. 57
De præſcript. centum dierum 61
De IIII menſium præſcript. ibid.
De V menſium præſcriptione 65
De VI menſium præſcript. 67
De VII menſium prȩſcript. 73
De VIII menſib. ibid.
De præſcript. IX menſium 75
De prȩſcript. XI menſium. ibid.
De anno 77
De duobus annis 91
De tribus annis 101
De quadriennio 105
De quinquennio 107
De ſeptem annis 111
De X annorum præſcript. 113
De XII annis 115
De XIIII annis. ibid.
De præſcript. XV annorum 117


De XVII




De XVII annis. ibid.
De prȩſcrip. XVIII annorum 119
De XX annis. ibid.
De XXV annis 123
De XXX annorum præſcript. 125
De L annis 133
De LX annis 135
De LXX annis. ibid.
De cẽtum annis. ibid.

DE moribus & pœnis militarib. leges 141

IVSTINIANI leges de re ruſtica 167
Procœmium. ibid.
De agricolis 169
De parte fructuum ſoluenda 179
De perceptione mediętatis fructuũ. ibid.
De furto 181
De armentarijs 185
De pauperie quadrupedum 189
De damno 193
De cædib. animalium 195
De pugna duarum quadrupedũ, & impreſsione, & damno 197
De arboribus 201
De incendio 203
De ſeruis 205
De nouis operibus 207
De molis 209
De ui 211

LEGES Nauales Rhodiorum 213
Summæ legum Naualium 215
Leges Nauales 217
Summȩ ſelectarum legum Rhodiarũ, 223
Leges Rhodię ſelectę 229
De legibus naualibus Rhodiorum, ex libro quodam legali Docimi 265


FINIS.

### ERRATA.

*Pag.* 123. 1. De XXV *annis* 289. 21. *ut mirer, doctiſs. & uerſ. ult. Simomata* 292. *antepen. imponatur*

# ΠΕΡΙ ΧΡΟΝΩΝ
## ΚΑΙ ΠΡΟΘΕΣΜΙΩΝ ΑΠΟ ΡΟ- πῆς ἕως ρ̄ ἐνιαυτῶν.

### ΠΕΡΙ ΡΟΠΗΣ.

α.

Ἐλευθερώθη δούλη ἐν διαθή-
κῃ, ἐὰν τρία τέκῃ. ἔτεκεν ἕ-
να, καὶ μετὰ ταῦτα τρία, ὁ
τέταρτος τῶν παίδων ἐλεύ-
θερος. μετὰ γὰρ τὸ τεχθῆ-
ναι τὸν τρίτον, ἐξέβη ἡ αἵρεσις περὶ ἐλευθε-
ρίας, ὥσπερ οἱαδήποτε ἑτέρα αἵρεσις, καὶ
τὸν τέταρτον ἐλευθέρα τέτοκε. ταὐτὸν ἐ-
στὶν, κἂν ἐξ ἀρχῆς β̄, καὶ μετὰ ταῦτα β̄ ἔ-
τεκεν. ἰδοὺ ῥοπὴ τὴν ἐλευθερίαν αὐτῷ τῷ
τελευταίῳ τεχθέντι χαρίζεται.

β Καὶ ἡ γραφεῖσα ἐν διαθήκῃ ἐλευθέρα,
ἐὰν παράσχῃ πέτρῳ ἢ τῷ κληρονόμῳ ῑ νο-
μίσματα, ἐὰν ἐκείνῃ τῇ ῥοπῇ ἐν ᾗ τίκτει, δι'
ἑτέρου παράσχῃ τὰ ῑ νομίσματα, ἐλευθέρα
πιστεύεται τετοκέναι, ὡς πληρώσασα τὴν
αἵρεσιν, εἰ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ῥοπῇ τοῦ τοκετοῦ
ταῦτα παρέσχεν.

γ Ἀπὸ ῥοπῆς εἰς ῥοπὴν ψηφίζεται τῶν ιε̄

ἐνιαυτῶν



# DE TEMPORI-
## BVS ET DILATIONIBVS À MO- mento uſq; ad centum an- norum ſpacium.

### DE MOMENTO.

1.

ANcilla ſi tres peperiſſet, libera
eſſe teſtamento iuſſa eſt. primo
partu unum, ſecundo tres pepe
rit: quin ultimus liber naſcatur,
dubitari non debet. nam poſt-
quam tertius editus eſt, conditio libertatis
extitit, ueluti quælibet alia, & quartum libe-
ra peperit. Idem eſt, ſi primò duos, poſtea ge-
minos peperit. Ecce ut momentum ultimo in
lucem edito libertatem largiatur. ff. de ſtat. hom.
l. Areſcuſa.

2 Et manumiſſa in teſtamento ſub hac con-
ditione, ſi Petro aut hæredi 10 dederit, ſi eo
momento quo parit per alium impleuerit con-
ditionem, libera peperiſſe credenda eſt, ut quæ
conditioni ſatisfecerit, etiamſi in ipſo momento
partus ea dederit. ff. eodem. l. præallegata.

3 À momento in momentum computatur 15

ἐνιαυτῶν ὁ χρόνος· καὶ ὁ ἐνδὸν τούτου τι πρά-
ξας, ἐνήλικος οὐ νομίζεται, ἀλλὰ περιγρα-
φόμενος ἀποκαθίσταται.

δ Κἂν μιᾷ ῥοπῇ τις νεμηθῇ μόνον πρᾶγ-
μα, ὅπερ μὴ παρὰ δεσπότου καλῇ πίστει
ἀγοράσῃ, ἔχει τὴν λ' ἐτῶν ἀγωγὴν ἐκπε-
σών.

ε Εἰ ἀγοράσῃ τις Πέτρον ἢ Παῦλον, ὁ πρά-
της ἔχει τὴν ἐπιλογήν. καὶ ὁ πρῶτος τε-
λευτήσας, αὐτῷ κινδυνεύεται. εἰ δὲ καὶ ὁ
ἕτερος, τῷ ἀγοραστῇ. εἰ δὲ καὶ οἱ β' δοῦλοι
τελευτήσουσιν ἐν μιᾷ ῥοπῇ, ἀπαιτεῖται
ὁ ἀγοραστὴς τὸ τίμημα, ἐὰν μὴ ἔφθασε αὐτὸ
καταβαλεῖν.

ϛ Ἐὰν γραφῇ τις κληρονόμος, εἰ παράσχῃ
τυχὸν ρ' νομίσματα Πέτρῳ, δύναται καὶ
ἐν αὐτῇ τῇ ῥοπῇ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ παρέ-
χων αὐτὰ δι' ἑαυτοῦ, ἢ καὶ δι' ἑτέρου, κλη-
ρονομεῖν.

ζ Ἐὰν τις δωρήσηται τινὶ οἰκέτην, ἐφ' ᾧ
ἐλευθερῶσαι αὐτόν, τῇ αὐτῇ ῥοπῇ ἀναγ-
κάζεται ἐλευθερῶσαι αὐτόν. οὐκοῦν δὴ ἐὰν
ὑπεξουσίῳ δωρηθῇ, οὐδὲ τοιούτῳ ὅρῳ προσπο-
ρίζεται τῷ πατρί, ἀλλ' εὐθέως ἐλευθεροῦται.

η Οἱ γεωργοὶ ὀφείλουσι τῇ βώλῳ, ἤτοι τῇ

γεωργίᾳ



annorum tempus: & qui intra id quid fecerit, pu
bes non exiſtimatur, ſed circumſcriptus reſtitui
tur. ff. de min. l. deniq;. § minorem. C. de temp. in
integ. l. ult.

4 Etſi quis unico momento ſolùm poſſederit
rem, quā à non domino bona fide emit, ſi ea ex-
ciderit, 30 annorum actionē habet. ff. de acquir.
poſſ. l. ſi aliena res. & l. ſed etſi. ff. de publ. in rē.

5 Si emptio ita facta fuerit, Petrus aut Pau-
lus mihi emptus eſto, uēditor habet electionē: et
ſi prior deceſſerit, periculū eius ad uenditorē: ſi
uerò alter, ad emptorē reſpicit. Sed etſi pariter
deceſſerint in uno momento, preciū ab empto-
re debetur, ni id iam ſoluerit. ff. de cōtrah. empt.
l. ſi in emptione. § fin. cum ſimilibus.

6 Si quis hæres ſcriptus ſit ſub cōditione for
tè, ſi centū dederit Petro: hæreditatem conſequi
poteſt: etſi ea in ipſo articulo mortis ſuæ dederit
uel per ſe, uel per aliū. ff. de condit. inſt. l. ult.

7 Si cui ſeruus donatus fuerit ut manumitta-
tur, eodem momēto eum manumittere cogitur.
Atqui ſi filiofamiliàs datus fuerit, interim patri
non acquiritur, ſed ſtatim liber fit. ff. de manu-
miſſ. l. cauſam.

8 Coloni ita glebæ aut agriculturæ inhærere

 debent,

γεωργίᾳ ἐμπεπῆχθαι, ὥστε μηδὲ ἐν ῥοπῇ τινὸς καιροῦ ἀποστῆναι τῆς γεωργίας.

θ Ἐὰν τις δωρήσηται χρήματα ὑπεξουσίῳ ἐπὶ αἱρέσει τοῦ ταῦτα καταβαλεῖν δανειστῇ αὐτοῦ τοῦ ὑπεξουσίου, ἅμα καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ῥοπῇ τοῦ δοθῆναι τὰ χρήματα, ἐπὶ τοιούτῳ ὅρῳ τῷ ὑπεξουσίῳ, μεταφέρεται ἡ δεσποτεία αὐτῶν τῶν χρημάτων ἐπὶ τὸν δανειστὴν τοῦ δωρησαμένου.

ι Ἐὰν ὑπεξούσιος παρὰ γνώμην τοῦ πατρὸς δανεισάμενος, ἀποστείλῃ τῷ ἰδίῳ πατρὶ γράμματα, δηλῶν αὐτῷ ὑπὲρ αὐτοῦ καταβαλεῖν τῷ δανειστῇ· ἐὰν ἀποδοκιμάζῃ τὸ δάνειον, εὐθὺς διαμαρτυρίᾳ χρήσασθαι, σημαίνων δι' αὐτοῦ τὴν ἐναντίον αὐτοῦ βούλησιν.

ια Τὸν ἐνιαυτὸν κατὰ νόμον, οὐ κατὰ ῥοπῆς εἰς ῥοπὴν, ἀλλ' ἐξ ἡμέρας εἰς ἡμέραν ἀριθμοῦμεν.

## ΠΕΡΙ ΩΡΑΣ.

α.

Ἐὰν τις ἐν ἑτέρᾳ μὲν ὥρᾳ αὐτῷ αὐθεντικὴν τυπώσῃ διαθήκην, ἐν ἑτέρᾳ δὲ ὥρᾳ ὀρφανικὴν ποιήσῃ, παραληφθέντων ἐν αὐτῇ ε' μαρτύρων, ἔῤῥωται ἡ αὐτὴ ὀρφανικὴ διαθήκη, καὶ ἀνατρέπει τὴν αὐθεντικὴν ὡς μεταγενεστέρα.

β Ἐκά-



debent, ut ne puncto quidem temporis ab agricultura recedant. l. colonos. C. de agricol. & cenſ. lib. 11.

9 Si quis filiofamiliâs pecunias dederit ſub conditione, ut eas creditori ſoluat, protinus & in momento eodem quo pecuniæ dantur ſub tali conditione, pecuniæ dominium transfertur in creditorem filijfamiliâs cui pecunia data eſt. l. ſed ſi paterfamiliâs. ff. ad ſenatuſc. Maced.

10 Si filiusfamiliâs præter uoluntatem patris pecunia mutuò accepta, literas ad ipſum emiſerit, ſignificans ut pecuniam creditori ſoluat: debet pater, ſi mutuum improbat, continuò conteſtationem interponere contrariæ uoluntatis. ff. eodem. l. ſi filiusfamiliâs.

11 Annum ciuiliter, non ad momenta temporum, ſed ad dies numeramus. ff. de uerb. ſig. l. anniculus, 2.

## DE HORA.

1.

SI quis alia hora ſibi teſtamentum fecerit, alia uerò pupillare in quo quinque teſtium numerus comprehenſus ſit: pupillare ualet, & ut poſterius principale patris euertit.

Id uix legib. expreſſum inueni-es. Vide ea quæ tractātur l. 2. ff. de uulg. & pupill. Inſt. de pupill. ſub. §. Liberis.

a 3 2 Cu-

β Ἑκάστης ἡμέρας αἱ ἑπτὰ ὧραι πρῶται μέρος μεῖζόν ἐστι τῆς ἡμέρας, καὶ αἱ τελευταῖαι οὐχ ὁμοίως.

γ Καὶ ἀνὴρ καὶ γυνὴ ὅταν ἡβήσῃ καλῶς διατίθεται, καὶ πρὸ μιᾶς ἡμέρας τοῦ πληρῶσαι τὸν ιβ΄ ἢ ιδ΄ ἐνιαυτόν, μετὰ τὴν ἕκτην ὥραν τῆς νυκτός. ἔγνωμεν γὰρ ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ, τίτ. ιβ΄. διατάξεως η΄. ὅτι ἡ ἡμέρα ἀπὸ τῆς ς΄ ὥρας τῆς νυκτὸς ἄρχεται, καὶ τελευτᾷ εἰς ς΄ ὥραν τῆς ἐπιούσης νυκτός. ὥστε καὶ τὸ πραττόμενον ἐν μιᾷ τούτων τῶν κδ΄ ὡρῶν, ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ δοκεῖ γίνεσθαι. καὶ εἰκότως ἡ γενομένη διαθήκη μετὰ ς΄ ὥραν τῆς νυκτὸς ἔρρωται, ὡς ἐν τῇ τελευταίᾳ ἡμέρᾳ τοῦ ιδ΄ χρόνου γενομένη.

## ΠΕΡΙ α΄ ΗΜΕΡΑΣ.

α.

Εἴκοσι μίλια καθ' ἡμέραν ἀριθμεῖσθαι ὁ πραίτωρ κελεύει, τῷ ὁμολογήσαντι παραγίνεσθαι εἰς τὸ δικαστήριον, ἄνευ τῆς ἡμέρας καθ' ἣν ὁμολογεῖται καὶ παρίσταται. αὗται γὰρ οὐ καταλογίζονται.

β Ἐάν τις εἰς ὡρισμένον χρόνον παράστασιν τινὸς ὁμολογήσῃ, ἐκείνη ἡ ἡμέρα σκοπεῖται, καθ' ἣν παράστασις ὡρίσθη.

ἐὰ



2 Cuiuſq; diei maior pars eſt horarū ſeptem, primarum diei, non ſupremarum. ff. de uerb. ſig. l. urbis. §. cuiuſq;.

3 Et maſculus & femina rectè teſtatur diem unum antè quàm 12 uel 14 annū cōpleuerit, poſt ſextam horam noctis. Scimus etenim in ſecundo lib. fforum tit. 12. lege octaua dici, diem à ſexta hora noctis incipere, & ſexta hora noctis ſequentis finiri: ita ut quidquid in ijs uigintiquatuor horis ſit actum, id eodem die uideatur eſſe factum. Meritò itaq; teſtamentum poſt ſextam horam noctis factum ualet, tanquam ultimo die decimiquarti anni factum. ff. qui teſtam. fac. poſſ. l. qua ætate.

## DE VNICO DIE.

1.

Vicena milia paſſuum in ſingulos dies prætor dinumerari iubet ei qui iudicio ſiſtere ſe promiſerit, præter eum diem quo cautū promittitur, & in quem ſiſtere in iudiciū oportet. nam ſi duo, non computantur. ff. ſi quis caut. in iud. l. 1. & ff. de uerb. ſig. l. itineri.

2 Si quis certo ac definito tēpore ſe quē iudicio ſiſtere uelle ſpoponderit, ille dies ſpectatur quo ſatiſdatio de in iudicio ſiſtendo circūſcripta

a 4 fuit.

εἰ δὲ πρὸ τῆς ὁρισθείσης ἡμέρας τελευτήσει ἐκεῖνος, οὗτινος ἡ παράστασις ὡμολογήθη, οὐ κρατεῖται.

γ Ἐν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τοῦ βισέξτου, εἴτε ἐν τῇ β̄ τεχθῇ τις, ἀδιάφορόν ἐστιν. ἐξ ἐκείνου γὰρ τὸ κε̄ ἔτος ψηφίζεται, ὡς τῶν β̄ ἡμερῶν ἀντὶ μιᾶς παραλαμβανομένων.

δ Χρὴ τοὺς ἄρχοντας κατὰ κυριακὴν ἐπισκέπτεσθαι τὰς φυλακάς, καὶ ὁρίζειν, ἵνα φιλανθρώπως αὐτοῖς οἱ φύλακες χρήσωνται, καὶ τροφὰς διδῶσι, καὶ λούωσιν αὐτούς.

ε Οἱ ἐπίσκοποι ἐπισκεπτέσθωσαν τοὺς ἐν φυλακῇ κατὰ τετράδα ἢ παρασκευήν, καὶ παρασκευαζέτωσαν τοὺς ἄρχοντας ποιεῖν ἐπ' αὐτοὺς ὅσα οἱ νόμοι κελεύουσι. μὴ πειθομένου δὲ τοῦ ἄρχοντος, μηνυέτωσαν τῷ βασιλεῖ περὶ αὐτοῦ.

ϛ Μὴ ὑφιστάσθω Ἰουδαῖος σωματικὰς λειτουργίας, ἤτοι ἀγγαρείας, ἐν ἀπράκτῳ ἤτοι ἐν ἑορτασίμῳ αὐτοῦ ἡμέρᾳ.

ζ Ἡ ἡμέρα τῆς ἁγίας κυριακῆς, καὶ τῆς χριστοῦ γεννήσεως, ἄπρακτος ἔσω.

η Ὁ χρεωστῶν ὑπὸ ἡμέραν, πᾶσαν τελείαν

τὴν



fuit. Si uerò is de quo ſiſtendo promiſſũ fuit, ante definitum diem deceſſerit, is qui fideiuſſit non tenetur. l. 2. & leg. ſeq. ff. Si quis caut.

3 Vtrũ priore, an poſteriore die biſexti quis natus ſit, nihil refert. ita enim annus decimuſquintus computatur, ac ſi id biduum pro uno die accipiatur. l. 3. § minorem. ff. de min. l. cum biſextus. de uerb. ſig.

4 Iudices diebus Dominicis carceres inſpicere oportet, & ſtatuere ut carcerũ cuſtodes clauſis humaniter tractatis, uictualem ſubſtantiam miniſtrent, eoſq; ad lauacrum ſub fida cuſtodia ducant. l. iudices. C. de epiſc. aud.

5 Epiſcopi quolibet die Veneris incarceratos uiſitanto, & iudices ſollicitanto facere erga eos quæ leges præcipiũt. Iudicibus uerò non obtemperantibus, id regi indicanto. C. l. præalleg. Et in conſtitutione Nicephori græca nondum impreſſa, quæ incipit, ὥπλισε καὶ μελίτας.

6 Iudæus die feriato aut feſto ſuo munera corporalia aut angarias nõ ſuſtineto. C. de Iud. & Cel. l. die Sabbato.

7 Sanctus dies Paſchæ, & dies natalis Domini, feriatus eſto. l. ut in die. C. de ferijs.

8 Debenti pecuniam ad diem, totus ultimus

 dies

BIBLIOTECA PROVINCIAL UNIVERSITARIA BARCELONA

τὴν ἡμέραν ἔχει, εἰς τὸ καταβαλεῖν τὸ χρέος.

θ Ἐὰν δυσὶ τισὶ τὸ αὐτὸ πρᾶγμα ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ὑποτεθῇ, αἱ ὧραι αἱ προλαβοῦσαι καὶ ὑστερίζουσαι οὐ ποιοῦσι τινὶ αὐτῶν προτίμησιν, ἀλλ᾽ ὑπόκειται αὐτοῖς κατ᾽ ἀναλογίαν τοῦ χρέους.

ι Ἡ ἡμέρα τοῦ Νατaλίου, ἄπρακτός ἐστι.

ια Ἐὰν τις ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ κατεδικάσθη, φωνῇ ἐγκαλέσηται, ἀρκεῖ αὐτῷ ἡ τοιαύτη ἔγκλητος.

ιβ Πρὸ μιᾶς ἡμέρας ὀφείλει προλέγειν ὁ μέλλων περί τινος ποιῆσαι ἐξέτασιν, ὅτι ἔσται ἐξέτασις, ἵνα μὴ οἱ κατηγορούμενοι τῷ αἰφνιδίῳ εἰς φόβον καὶ θόρυβον ἐμβάλλωνται.

## ΠΕΡΙ β̄ ΗΜΕΡΩΝ.

α.

Ὁ δεξάμενος ἀρχὴν, ὀφείλει πρὸ β̄ ἡμερῶν τοῦ ἐπιβῆναι τῆς ἐπαρχίας, καθ᾽ ἣν ὁ τὴν ἀρχὴν ἔχων ἐστὶν, ἀποστέλλειν πρὸς αὐτὸν γράμματα φιλικὰ, πρὸς τὸ ὑπαντηθῆναι τὴν τάξιν, καὶ ἕως τότε λαμ-



dies ad ſolutionem cedit. l. in illa ſtipulatione. ff. de uerb. obligat. l. qui ante. l. eum qui ita. ff. eodem.

9 Si eadem res duobus eadem die pignori ſit data, priorum aut poſteriorum horarum ratio, nulli ipſorum ius prælationis facit, ſed utriq; ipſorum ſuppoſita eſt pro quantitate debiti. ff. de pignor. l. ſi fundus. § fin.

Additio. Adde, quòd iudex eodẽ die quo lata eſt ſentẽtia, poteſt eã emendare in acceſſorijs. l. acta. ff. de re iud. Eſt & alia C. de appell. l. litigatoribus. itẽ l. 1. §. quod aũt. ff. de aq. quot. & æſt.

10 Dies natalis Domini feriatus eſt. l. ut die. C. de ferijs.

11 Si quis ipſo die quo condemnatus eſt, uiua uoce inter acta appellauerit, ſufficit talis appellatio. ff. de appell. l. à ſententia.

12 Inquiſitionem facturus, ante diem palàm facere debet, ſe inquiſiturum, ne accuſati re improuiſa ac repentina in metum atque terrorem incidant. l. uiuus. § cogniturũ. ff. de quæſt.

## DE PRAESCRIPTIONE duorum dierum.

1.

QVi magiſtratum ſuſcipit, duos dies antè quàm prouinciã ingrediatur, in qua eſt qui magiſtratu defungitur, debet ad eum mittere epiſtolam amicè conſcriptam, quæ uelit ut cohors mittatur in eius occurſum, & ex eo tẽpore

annonas

λαμβάνειν τὰς σιτήσεις.

β Ἐὰν αἵρεσις ἐπιτεθῇ, καὶ μὴ ὁρισθῇ, ἡμέρας β̄ ἔχει εἰς τὸ πληρῶσαι τὴν αἵρεσιν.

γ Ἐὰν ἀνὴρ ἢ πατὴρ τὸν μοιχὸν καταλάβῃ ἐπὶ τῇ γυναικὶ ἢ θυγατρί, ὃν οὐ βούλεται ἀνελεῖν, ἢ οὐκ ἔξεστιν αὐτῷ, ἐπὶ κ̄ νυκτερινὰς καὶ ἡμερινὰς μόνον ὥρας ὀφείλει αὐτὸν κρατεῖν, ἐπὶ τὸ διαμαρτύρασθαι.

δ Ἐὰν αἵρεσις τοιαύτη δοθῇ, εἰ δεῖνα τόδε ποιήσει ἐν ἡμέραις, καὶ μὴ προστεθῇ ἐν πόσαις ἡμέραις, ἐν β̄ ἢ ῑ ἡμέραις χρὴ αὐτὸν πληρῶσαι τὴν αἵρεσιν.

ε Ὀφείλουσιν οἱ στρατιῶται χορηγεῖσθαι ἐν ἐξπεδίτῳ δύο ἡμέρας βουκέλλατον, μίαν ἡμέραν λάρδον, μίαν ἡμέραν οἶνον, ἄλλην ἡμέραν προβάτειον.

## ΠΕΡΙ Γ΄ ἩΜΕ-ρῶν.

α.

Ἐὰν ἐκ τοῦ ἐμοῦ δένδρου εἰς τὸν σὸν ἀγρὸν βάλανοι πέσωσιν, καὶ οὐ συγχωρεῖς



*annonas percipiat. In Nouel. ut magiſtrat. depoſ. ad. §. illud autem. & ff. de off. proconſ. l. obſeruare. § antequam.*

2 *Si conditio adijciatur nullo tẽpore definita, in biduo conditionẽ impleri oportet. ff. de uerb. ſig. l. inter illam. § item ita.*

3 *Si maritus aut pater adulterũ deprehendit cum uxore aut filia, quẽ aut nõ uult, aut nõ licet occidere, cum horis diurnis nocturniſq; cõtinuis non plus quàm uiginti retinere debet, teſtandæ eius rei cauſa. ff. ad l. Iul. de adult. l. cap. 5.*

Additio: Huius exemplo Doctores colligũt, ſuſpectũ de fuga, uel in crimine alio deprehenſum, poſſe retineri 20 horis, ut interim iudex adeatur. l. ait prætor. §. Si debitorẽ. ff. quę in fraud. cred.

4 *Cum cõditio talis data fuerit, ſi quiſpiã hoc fecerit in diebus, nec adiectũ fuerit in quot diebus: intra duos uel decem dies cõditio adimplenda eſt. ff. de uerb. ſig. l. inter illam. § ita data. iuncta l. promiſſor. § ſi ſine. de conſt. pec.*

5 [b] *Milites expeditionis tempore debẽt percipere duobus diebus buccellatũ, uno die lardum, uno die uinum, biduo carnem ueruecinam. C. de erogat. mil. annonæ. l. 1. lib. 12.*

b Sic tractatoriæ cũ ſtatiuis ad reſidendum bidui tempus accipiũt. C. de tractatorijs, lib. 12.

## DE PRAESCRIPTIONE trium dierum.

1.

*SI ex mea arbore in tuum agrũ glandes ceciderint, nec eas mihi legere permittis: interdictum*

χωρεῖς μοι τὰς βαλάνους ἐκλέξασθαι, δίδωσί μοι ἡ ἀπαιτητικὴ παραγγελία, ἄχρι τριῶν ἡμερῶν συλλέγειν τὰς βαλάνους μου σωζομένας.

β Incontinenti ἐπίῤῥημα, τουτέστι τὸ παραχρῆμα, τρεῖς ἡμέρας σημαίνει.

γ Τὴν πλάνην τοῦ συνηγόρου δύναταί τις ἐντὸς τριῶν ἡμερῶν διορθοῦσθαι.

δ Ὁ δικαστὴν παραιτησάμενος, εἴσω τριῶν ἡμερῶν μετὰ τὴν παραίτησιν, ὀφείλει αἱρετὸν ἀντιλέξασθαι.

### ΠΕΡΙ ζ´ ΗΜΕΡῶΝ.

α.

ΤΑ θηρία τὰ ἐκ τῶν δουκῶν ἐκπεμπόμενα εἰς τὴν βασιλίδα, ἐν ἑκάστῃ πόλει ἑπτὰ ἡμέρας μόνον δύνανται διατρέφειν.

β Αἱ ἑπτὰ ἡμέραι πρὸ τοῦ πάθους τοῦ Χριστοῦ, καὶ μετὰ τὸ πάθος ἑπτὰ ἡμέραι, ἄπρακτοί εἰσιν.

### ΠΕΡΙ θ´ ΗΜΕΡῶΝ.

α.

ΟΥδεὶς δύναται τοῖς κληρονόμοις τοῦ τε-

λευτήσαν-



dictum petitorium mihi concedit, glandes meas extantes ad tertium diem uſque colligere. ff. de gland. leg. l. 1.

2 Incontinenti aduerbium, idem quod ſtatim denotans, tres dies ſignificat. C. de euor. aduoc. l. ult.

3 Aduocati errorem quis intra dies tres corrigere poteſt. C. eodem.

4 Qui iudicem recuſauerit, intra tres dies à recuſatione arbitrum ſine ulla dilatione eligere debet. C. de iudicijs. l. ult.

Adde, quòd uulneratus, ſi mortuus fuerit intra triduũ, præſumitur uulnus lethale fuiſſe. Barto. l. ult. ff. ad l. Cornel. de ſic. Angel. & Alexander l. ſi quis cum aliter. ff. de uerb. oblig.

### DE PRAESCRIPTIONE ſeptem dierum.

1.

BEſtiæ quæ à limitum ducib. ad urbem regiam tranſmittuntur, in ſingulis ciuitatibus ſeptem diebus ſolum paſci poſſunt. C. de uenat. ferarum. lib. 11.

2 Septem dies qui præcedunt, & ſeptem qui ſequuntur feſtum paſsionis Domini, ſunt feriati. l. ut die. & l. omnes. C. de ferijs.

### DE PRAESCRIPTIONE nouem dierum.

1.

NVllus hæredib. eius qui deceſſerit, ante

nouem

λυπήσαντος, παρὰ τῶν θ´ ἡμερῶν, τοῖς πενθοῦσιν, αἰτιᾶσθαι, ἤτοι ἐνάγειν, ἢ παρενοχλεῖν.

β Τὰ πραττόμενα πρὸ τῶν θ´ ἡμερῶν παρὰ τῶν πενθούντων, οὐκ ἔῤῥωται· μετὰ δὲ τὰς θ´ ἡμέρας, ἀκωλύτως κινεῖ ἕκαστος τὴν χρονίαν παραγραφήν.

## ΠΕΡΙ Ι ΗΜΕ-ρῶν.

α.

Επὶ ι´ ἡμέρας ἔδικτον ἤτοι παράγγελμα ἄρχοντος προτίθεσθαι ὀφείλει κατὰ τοῦ προπετοῦς, μετὰ προκάταρξιν ἀπολιμπανομένου, ἕως τρίτου. ἡ δὲ μετὰ τὸν κώδικα νεαρὰ, λ´ ἡμέρας παρέχει ἑκάστῳ ἐδίκτῳ ἤτοι παραγγέλματι, ἕως τρίτου.

β Ἡ ἀπρόθεσμος ἀντιφώνησις, δέκα ἡμερῶν ἔχει προθεσμίαν.

γ Μέτριος χρόνος, δέκα ἡμέραι εἰσίν.

δ Οὐ μόνον ὁ ἐγκαλεσάμενος δύναται ἐγγυμνάζειν πρὸ β´ ἡμερῶν, ἀλλὰ καὶ μετὰ πέντε ἡμέρας, ὥστε ι´ ἡμέρας ἔχειν κυρίας εἰς τὴν ἔκκλητον.

ε Ἐὰν



*nouem dies, in quibus lugent, uel accuſationem, uel actionem, uel quamcunq; moleſtiam mouere poteſt. C. de ſepulch. uiol. Auth. ſed neq;.*

2 *Acta à lugentib. ante exactos nouem dies ab obitu numerādos, irrita ſunt: poſt id uerò ſpacium liberè temporalis exceptio à quolibet mouetur. Auth. præall. et Nouel. 115. § meminimus.*

## DE PRAESCRIPTIONE decem dierum.

1.

*PEr decē dierū ſpaciū edictū ſiue præceptū iudicis proponi debet contra contumacē, poſt litis conteſtationē abſentē, uſq; ad perēptoriū. Sed nouella poſt Codicē edita, 30 dies largitur unicuiq; edicto, ſiue præcepto, donec ad perēptoriū perueniatur. C. de iud. l. ꝓperandū. § 1.*

2 *Obligatio cōſtitutæ pecuniæ nullo tempore definita, decem dierum ſpacium habet. ff. de conſtit. pec. l. promiſſor. § ſi ſine.*

3 [a] *Modicū tēpus decē dies ſunt. ff. de conſt. pec. l. promiſſor. § ſine.*

4 *Qui appellauerit, nō ſolùm ante duos dies, ſed & poſt quinq; appellationē exercere poteſt, ut decē dies fatales habeat ad appellādū. Nouel. de appellat. & int. quæ temp.*

a Aliàs tamē modicū tempus aliter accipitur, ut ff. de itin. actuq; pri. l. 1. § hoc interdicto. & l. 1. § quod autem. ff. de ſuperficieb. & ibi gloſ. & ff. ex quibus cauſ. mai. l. ab hoſtib.

b Si

ε Ἐὰν τριετία μέλλῃ πληροῦσθαι, ἐν ᾗ τὰ χρηματικὰ δικαστήρια πέρας δέχονται, καὶ ὁ εἷς ἀπολιμπάνεται, ὀφείλει ὁ παρὼν ἐντὸς ι ἡμέρας ὑπομνῆσαι τὸν δικάζοντα· καὶ εἰ μὴ ἔλθῃ ἀπολιμπανόμενος τῇ ι ἡμέρᾳ, ἡ ψῆφος τοῦ αἱρετοῦ δικαστοῦ κυροῦται.

ϛ Ὁ αἰτιαθεὶς καὶ δεχθείς, μὴ παραγγινομένου τοῦ αἰτιασαμένου εἰς ι ἡμέρας, ἀφίεται, ὅρκῳ τοῦ αὐτοῦ λαμβάνων τὰς δαπάνας ἐντὸς ι ἡμέρας. ὁ γὰρ αἰτιασάμενος, ἐὰν μὴ παραγγίνηται, ὑποπίπτει, ὡς ἡ μετὰ τὸν κώδικα νεαρὰ ἡ περὶ παραστασίμων.

ζ Πᾶσα ἔγκλητος, ἢ διὰ τοῦ καταδικασθέντος, ἢ διὰ προκουράτορος, ἢ δεφένσορος, ἢ κουράτορος, ἐντὸς ι ἡμερῶν δύναται πέμπεσθαι.

η Μετὰ τὸ γυμνασθῆναι τὴν ἔγκλητον παρὰ τοῖς ὑπάρχοις, δύναται ὁ καταδικασθεὶς διδασκαλικὸν ἐπιδοῦναι τοῖς ὑπάρχοις, ἢ τοῖς συμπόνοις, ἢ τοῖς τὰς δίκας εἰσάγουσιν, ἐντὸς ι ἡμερῶν· καὶ παρέχειν ὁ νικήσας ἐγγύας, ὅτι ἐὰν φανῇ παράνομον κινήσας, ἀναδίδωσι μετὰ ἐπαυξήσεως. μετὰ γὰρ τὰς δέκα ἡμέρας χωρὶς ἐγγύης ἡ ἀναψηλάφησις γίνεται.

Ὁ παρὰ



5 Si finis trienij in quo ciuiles cõtrouerſiæ finiũtur imminet, & alter litigatorũ abeſt, is q̃ præſens eſt, per 10 dies iudicẽ cõmonefacere debet: et niſi abſẽs uenerit, ſentẽtia iudicis cõfirmatur.

6 Accuſatus, atq; in numerũ reorũ receptus, nõ cõparente accuſatore intra 10 dierũ ſpaciũ, abſoluitur iuramẽto ſuo, æſtimatos ſumptus intra idem ſpacium recipiens. Nam niſi accuſator adfuerit, cauſa cadit: ut Nouella poſt editionem Codicis edita, de exhibendis reis, teſtatur.

7 Omnes appellationes, ſiue per eũ q̃ iudicio ſuccubuit, ſiue procuratorẽ, ſiue defenſorẽ, ſiue curatorẽ intra 10 dies uentilari poſſunt. in Nouella de appell. & int. quæ temp. § & ſancimus.

8 Poſtquam apud præfectos prætorio appellatio eſt uentilata, poteſt is qui ſe prægrauatum putat, aut præfectis, aut collaboratoribus eorũ, aut cauſas introducẽtibus, intra decem dierum ſpacium admonitorium offerre: & uictrix pars fideiuſſiones præbere, quòd ſi iniuſtè litem mouiſſe uidebitur, rem cum ſuo incremento reſtituere uelit. Nam poſt decẽ dierũ ſpacium quàm prolata fuit ſententia, retractatio negotij ſine fideiuſſione procedit. In Nouell. ut ſpõſal. larg. & in Auth. quæ ſupplicatio, C. de precib. Imp. off.

θ Ὁ παρὰ ἐπισκόπου μετὰ κληρικοῦ, ἢ μοναχοῦ, ἢ διακονίσσης, ἢ ἀσκητρίας δικασάμενος, ἐντὸς ι' ἡμερῶν δύναται ἔγκλητον τῷ ἄρχοντι ἐπιδιδόναι, ὥστε ἐπ' αὐτοῦ τὰ κριθέντα ἐξετασθῆναι· καὶ ἐὰν ὁ ἄρχων ἐπ' αἰτίᾳ τοῦ ἐπισκόπου ψηλαφήσηται, μὴ ἐξέστω τὸ δεύτερον ἐν τῷ τοιούτῳ πράγματι ἢ ἐπιληφθέντι ἐκκαλεῖσθαι. εἰ δὲ ἡ τοῦ ἄρχοντος ψῆφος ἐναντία εἴη τοῖς παρὰ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου κεκριμένοις, τηνικαῦτα χώραν ἔχει ἡ ἔγκλητος κατὰ τῆς ψήφου τοῦ ἄρχοντος.

## ΠΕΡΙ ιε' ΗΜΕΡΩΝ.

α.

Οἱ μάρτυρες μόνον ιε' ἡμέρας ἀναγκάζονται παραμένειν τῷ δικαστηρίῳ, ἐν ταῖς χρηματικαῖς δίκαις.

β Ἐν ταῖς ιε' ἡμέραις τοῦ πάσχα, μήτε περὶ ἀννόνων, μήτε περὶ δημοσίων χρεῶν γινέσθω ὄχλησις.

## ΠΕΡΙ κ' ΗΜΕΡΩΝ.

α.

Ὅτι ἐντὸς εἴκοσι ἡμερῶν οἱ ἐπίσκοποι ὄφειλον παρασκευάζειν τοὺς ἄρχοντας



9 Ab epiſcopo in lite cũ clerico, aut monacho, aut diaconiſſa, aut aſcetria iudicio preſſus, intra decẽ dies iudici locorũ appellationẽ porrigere poteſt, ut ab illo iudicata examinẽtur: & ſi iudex certa de cauſa epiſcopo aſſentiatur, nõ liceat uicto iterũ in tali cauſa appellare. Si uerò ſentẽtia iudicis contraria fuerit iudicatis à reuerendiſſimo epiſcopo, tunc contra iudicis ſententiam prouocatio locũ habet. In Nouell. de ſanctiſſ. epiſc. § ſi quis uerò litigatorum. C. de epiſc. aud. auth. ſi quis.

Adde: Si is cui ad tegularum uel columnarũ uſucapionẽ x dies ſupererant, in ædificiũ eas conieciſſet, nihilominus eas uſucapiet. l. rerum miſtura. §. Labeo. ff. de uſucap.

## DE XV DIERVM præſcriptione.

1.

TEſtes in cauſis pecuniarijs quindecim ſolummodo dies in iudicio manere compelluntur. C. de teſt. l. ſi quando.

2 In quindecim paſchalib. dieb. cõpulſio annonariæ functionis, & omniũ publicorũ debitorũ differatur exactio. C. de ferijs. l. omnes. §. fin.

## DE XX DIERVM præſcriptione.

1.

INtra 20 dies epiſcopi debent admonere iudices cùm in cæteris ciuitatibus, tum in urbe

χοντας καὶ ἐν πόλεσι, καὶ ἐν κωνσταντινουπόλει, ἐκβάλλειν τοὺς ἐμβεβλημένους ἐν τῇ φυλακῇ οἰκέτας· εἰ δὲ φαίνονται οἱ δεσπόται εἴσω κ̄ ἡμερῶν, ἀπολύονται.

β Ὁ αἰτιαθεὶς οὐ ῑ μόνον, κατὰ τὸ παλαιὸν, ἀλλὰ κ̄ ἡμερῶν ἔχει ὑπὲρ τῆς ἀπολογίας τοῦ δοθέντος β̄, ἤτοι λιβέλλου· ὡς ἡ περὶ παραστασίμων νεαρά. ἔξεστι δὲ ἐντὸς τούτων τῶν κ̄ ἡμερῶν παραιτεῖσθαι τὸν δικαστὴν.

γ Ἐὰν χρεωστῇ εὐαγὴς οἶκος εἴτε ἐν κωνσταντινουπόλει, εἴτε ἐν ἐπαρχίᾳ δημοσίᾳ, καὶ θέλῃ πωλῆσαι ἀκίνητα, ὀφείλει ὁ διοικητὴς πρόθεμα ποιεῖν κ̄ ἡμερῶν, καὶ οὕτω πωλεῖν τῷ πλέον διδόντι.

δ Πᾶσα δίκη γυμναζομένη κατὰ τῶν διωχθέντων ἀνθρώπων, εἴτε ἐγκληματικῶς, εἴτε χρηματικῶς, ὀφείλει ἐντὸς κ̄ ἡμερῶν πληροῦσθαι, ἀφ' οὗ προκατήρξατο· εἰ δὲ ῥαθυμήσει ὁ ἄρχων τοῦ τεμεῖν αὐτὴν, αὐτὸς μὲν ῑ λίτρας χρυσοῦ ζημιοῦται, ἡ δὲ δίκη σβέννυται.

ε Ὁ οἰκέτην ὑποδεξάμενος, καὶ εἴσω κ̄ ἡμερῶν μηνύσας, συγγινώσκεται.

περὶ



*Conſtantinopolitana, ut ſeruos in uincula cõiectos eximant. Si uerò domini compareant intra uiginti dierum ſpacium, dimittuntur.*

2 Reus conuentus non decem ſolùm, ut olim, ſed 20 dierũ inducias habet, ad hoc ut ſe defendat contra libellũ aduerſus ſe porrectum: ut conſtitutio de exhibendis reis docet. Licet aũt & intra hoſce 20 dies iudicem recuſare. Nouel. prœalleg. & Auth. offeratur. C. de lit. conteſt.

3 Si debito urgeatur uenerabilis dom⁹ ſiue in urbe Conſtantinopol. ſiue in prouincia, & uelit immobilia uẽdere: debet adminiſtrator ſacræ domus tabulã per 20 dierũ ſpaciũ publicè ꝓponere, qua rẽ eccleſiæ uenalẽ eſſe notificet, & ſic plus offerenti rem uendere. Nouel. 120. § hoc uerò iubemus. C. de ſacroſ. eccl. Auth. hoc ius.

4 Omnis lis uentilata cõtra obnoxios cauſæ dicẽdæ, ſiue criminaliter, ſiue ciuiliter, poſt litẽ conteſtatã intra 20 dierũ ſpaciũ terminari debet. Si uerò iudices eam amputare ſuperſederint, decẽ libris auri mulctãtur, ac ipſa lis expirat. C. ut omnes iudices tam ciuiles quàm mil. l. unic. & Nouel. de collator. § prœterea ſancimus.

5 Qui fugitiuũ ſeruũ receperit, & intra 20 dies indicauerit, ueniam conſequitur. l. 1. §. 1. ff. de ſer. fugit.

b 4 De

## ΠΕΡΙ Λ ΗΜΕΡΩΝ.

α.

Ἐὰν ὁ κατήγορος ἀποθάνῃ, καὶ ἐξελθεῖν ἐμποδισθῇ τῇ κατηγορίᾳ, ἀπαλείφεται τὸ ὄνομα τοῦ ἐναγομένου ἐκ τῶν ἐγγράφων. ἀλλ' ἄλλος ἐντὸς λ' συναπτῶν ἡμερῶν δύναται ἐξ ὑπαρχῆς κατηγορῆσαι αὐτοῦ.

β Ἐὰν τῶν ἐγκλημάτων δημοσία ἀπόλυσις γένηται διὰ ἐπίσημον ἡμέραν, ἢ διὰ δημοσίαν ἱλαρίαν, ἢ διὰ πρᾶγμα αἴσιον ἀπαντῆσαν τῇ πολιτείᾳ, λ' συναπταὶ ἡμέραι δίδονται τῷ κατηγόρῳ, εἰς τὸ δύνασθαι ἀνανεῶσαι τὴν κατηγορίαν, ἐν αἷς ὁ κατήγορος ἐδύνατο προσελθεῖν τῷ ἄρχοντι. ἀριθμοῦνται δὲ μετὰ περαίωσιν τῶν ἀπράκτων, δι' ἃς ἡ ἄφεσις γέγονεν.

γ Ἄνηβος συγχωρεῖται τὴν στέρησιν τοῦ διαπραχθέντος πράγματος αὐτοῦ παρὰ δημοσίου ἀπαιτητοῦ, ἐὰν ἐντὸς λ' ἡμερῶν καταβάλῃ τὸ τέλος.

δ Εἰ γενόμεναι εἰσὶν ἀμεριμνίαι παρὰ τῶν δανειστῶν περὶ χρεῶν καθολικαὶ, ἢ ἐκ μέρους, ἢ τόκου, ἢ ἄλλου οἱουδήποτε συναλλάγματος ἕνεκεν, ἐν ᾧ ἀρίθμησις χρημάτων, ἢ δόσις ῥητῶν εἰδῶν ἐγγέγραπται, εἴσω λ' ἡμε-





## DE XXX DIERVM præſcriptione.

1.

Si accuſator deceſſerit, alia'ue cauſa eum impedierit quo minus accuſationem perſequeretur, nomen rei aboletur: ſed ita, ut alij intra triginta dies utiles eum ex integro repetere liceat. l.3.§ ult. ff. de accuſat. & inſc. l. hi tamẽ. eodẽ.

2 Si publica criminum abolitio interueniat, aut propter inſignem aliquem diem, aut publicam lætitiam, aut rem proſperam quæ Reipub. accidit, 30 utiles dies accuſatori dantur, ut poſſit reum repetere: in quibus accuſator iudicem adire potuit. Numerantur uerò ab exitu dierũ, propter quos abolitio facta eſt. ff. ad Turpil. l. ſi interueniente.

3 Impuberi remittitur pœna commiſſi, ſi intra diem triceſimum uectigal intulerit. ff. de publica. l. Imperatores. § ijdem.

4 Si creditores, ſecuritates uel uniuerſales uel particulares confecerint de debito, uel ſortis uel alterius cuiuſcunque contractus gratia, in quo numeratio pecuniarum uel datio certarum ſpecierum ſcripta eſt, intra 30 dies poſt

ρων μετὰ τὴν τῆς τοιαύτης ἀμεριμνίας ἔκθεσιν ἀριθμουμένων, τὴν παραγραφὴν τῆς ἀναργυρίας δύνανται ἀντιτιθέναι. μετὰ γὰρ τὴν παραδρομὴν αὐτῶν παύεται ἡ τοιαύτη παραγραφή, καὶ οὐδὲ ὅρκος ἐν τούτοις μετὰ τὸν τοιοῦτον χρόνον ἐπιφέρεται. ἴσθι οὖν, ἐπὶ παραθήκης, ἢ ἀποδείξεως ἐπὶ δημοσίων γιγνομένης, ἢ διαλύσεως, ἢ καθ᾽ ὁμολογίας ἀπολυτικῆς ἐπὶ προικὶ συντελεσθείσης, ἀναργυρίαν μὴ εἶναι, μήτε ἐπιφέρεσθαι ὅρκον.

ε Ἐπὶ τῶν χρηματικῶν αἰτιάσεων, ὁ μὴ εὐπορῶν ἐγγυητὴν παρασχεῖν, οὐκ ὀφείλει πλέον τῶν λ' ἡμερῶν μεῖναι ἐν τῇ φυλακῇ. εἰ δὲ χρεία ἐστὶ πλείονος διαστήματος, ὀφείλει ἐξωμοσίᾳ καταπιστεύεσθαι.

ς Μετὰ τὸ δοθῆναι τὴν ἔγκλητον, πᾶς δικαστὴς ὀφείλει ἐντὸς λ' ἡμερῶν τοῖς δικαζομένοις διδόναι τὰ πεπραγμένα, μετὰ τῆς ἰδίας ὑπογραφῆς.

ζ Ἐὰν δοῦλος στρατεύεται ἀγνοίᾳ τοῦ δεσπότου αὐτοῦ, μετὰ τὸ γνῶναι ἐκδικεῖται ἐντὸς λ' ἡμερῶν. εἰ γὰρ εἰδότος αὐτοῦ στρατεύσηται, ἐλευθεροῦται, καὶ οὔτε πατρονικῷ δικαίῳ



huiuſmodi ſecuritatis expoſitionem connumerandos, exceptionem non numeratæ pecuniæ obijcere poſſunt. nam poſt exceſſum iſtorum talis exceptio ceſſat, nec iuſiurandum offerre licet. Scias itaque, contra depoſitum, aut inſtrumentum apud acta publica confectum, aut tranſactionem, aut ſecuritatem de ſoluta dote, exceptionem non numeratæ pecuniæ, nec iuriſiurandi delationem admitti. C. de non numerata pecun. l. in contractibus. § ſuper.

5 In accuſationibus pecuniarijs qui non valet fideiuſſorem præſtare, ultra triginta dies in carcere detineri non debet: ſi uerò opus eſt ulteriori ſpacio, iuratoriæ cautioni committi debet. Vide doctores l. ult. C. de cuſtod. reorum.

6 Poſt appellationem interpoſitam quilibet iudex intra 30 dierum ſpacia litigatoribus geſta cum propria ſubſcriptione edere debet. l. iudicibus. C. de appellat.

7 Si ſeruus ignorante domino militat, poſtquam id dominus ſciuerit, intra triginta dies uindicatur. Nam ſi domino ſciente militauerit, liber efficitur, nec iuri patronatus obnoxius eſt.

δικαίῳ ὑπόκειται. ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῶν δούλων τῶν ἀξιωματικῶν, καὶ ἐπὶ τῶν ἀπελευθέρων· εἰ γὰρ ἀξίας, ἢ στρατείας, εἰδότων αὐτῶν, καὶ μὴ ἀντιλεγόντων, τύχωσιν, οὐκέτι ὑπόκεινται πατρωνικῷ δικαίῳ. εἰ δὲ μὴ εἴδοσαν, δύνανται αὐτοὺς καταδουλοῦν· δοκοῦσι γὰρ ἀχάριστοι εἶναι.

η Τὸ γ̄ κεφάλαιον τοῦ ἀκυιλίου ἀνατρέχει εἰς τὰς ὄπισθεν λ̄ ἡμέρας, τοῦ φθαρέντος πράγματος, καὶ κατ' αὐτὰς ποιεῖται τὴν διατίμησιν.

θ Εἰ ἀποδημεῖ ὁ κηδεμὼν, εἴσω λ̄ ἡμερῶν ὑπομιμνησκέτω αὐτὸν ὁ ἄρχων, ὅτι ὠνομάσθη ἐπίτροπος ἢ κουράτωρ.

ι Εἴσω λ̄ ἡμερῶν ὀφείλει ἄρχεσθαι ὁ κληρονόμος τοῦ Ινουενταρίου.

ια Μετὰ λ̄ ἡμέρας ἡ ὀργὴ τοῦ βασιλέως ἀνύεται.

ιβ Εἴσω λ̄ ἡμερῶν ὀφείλει παρίστασθαι μετὰ τὰς ἐγγραφὰς ὁ κατηγορούμενος.

ιγ Εντὸς λ̄ ἡμέρας δίδονται ἀπόστολοι.

ιδ Εἴσω



eſt. Idē eſt in ſeruis q dignitatē adepti ſunt, & in libertis. Nā ſi uel ad dignitatē uel militiā domi nis ſciētibus, nec cōtradicentib. aſpirauerint, am plius iure patronatus nō tenentur. Si uerò domini id ignorauerint, poſſunt eos in ſeruitutē retrahere. Ingrati namq; in ipſos eſſe uidentur. l. penult. & ult. C. qui milit. poſſunt uel nō. lib. 12. In Auth. de ſanctiſſ. epiſc. § ſi ſeruus.

8 Tertiū legis Aquiliæ caput refertur ad triginta dies, præcedentes rem ruptam: & damni æſtimatio fit, quanti in ijs res fuerit. ff. ad l. Aquiliam. l. ſi ſeruus ſeruū. § tertio autem capite.

9 Si curator peregrè abſit, intra 30 dies iudex eum certiorē reddat, quòd tutor uel curator nominatus ſit. l. ſcire. § qui autem. ff. de excuſat.

10 Hæres intra 30 dies Inuentarium incipere debet. l. ult. C. de iur. delib.

11 Poſt dies 30 regis ira finitur. C. de pœnis. l. ſi uindicari.

12 Accuſatus poſt inſcriptionem celebratam intra 30 dies exhiberi debet. l. nullus. C. de exhib. & tranſmit. reis.

13 Intra 30 dies appellanti à ſententia definitiua, apoſtoli dantur. l. quoniam. & l. iudicibus. C. de appell.

14 Intra

ιδ Εἴσω λ' ἡμερῶν πρὸ τοῦ διαβάλλεσθαι τὸν ἐναγόμενον, αἰτεῖ κατήγορος ἀβολιτίονα ἤτοι ἄφεσιν. μετὰ γὰρ ταύτας οὐδεὶς δύναται αἰτεῖν, εἰ μὴ συναινεῖ αὐτῷ ὁ ἐναγόμενος.

ιε Μετὰ διάζευξιν, ἐντὸς λ' ἡμερῶν ὀφείλει ἡ γυνὴ προμαρτύρασθαι, τὸ μέρος τοῦ ἀνδρὸς ὅτι ἐγκυμονεῖ.

ις Ἕκαστον ἔδικτον ἤτοι παράγγελμα προτιθέμενον περικλείει λ' ἡμέρας.

## ΠΕΡΙ μ' ΗΜΕΡΩΝ.

ΕΝ τῇ ἁγίᾳ τεσσαρακοστῇ οὐ κινεῖται ἐγκληματικὴ ὑπόθεσις. πλὴν ἴσθι, τοὺς λῃστὰς τιμωρεῖσθαι ἐν αὐταῖς ταῖς θείαις νηστείαις.

## ΠΕΡΙ ν' ΗΜΕΡΩΝ.

α.

ΟΙ ἄρχοντες οὐκ ὤφειλον τὴν ἐπαρχίαν καταλιπεῖν προσδεχόμενοι ν' ἡμέρας, οὔτε οἱ σύμπονοι, οὔτε οἱ δομεστικοί.





14 *Intra 30 dies, antequam accuſatus diffametur, accuſator abolitionem poſtulet. ab eorum enim exceſſu nullus, niſi conſentiente reo, eam petere poteſt. l. 1. § abol. ff. de abol. & l. 2. C. eodem.*

15 *Poſt ſolutũ matrimoniũ, intra 30 dies mulier denunciare debet, ſe ex uiro prægnantem eſſe. ff. de lib. agnoſc. l. 1. §. denunciare.*

16 *Singula edicta ſiue mandata propoſita 30 dies includunt. ff. de iudicijs. l. ad peremptoriũ. cum leg. ſeq. ff. & l. properandum. C. eodem.*

Adde: quòd qui uia, itinere, uel alio iure hoc anno 30 diebus ſic uſus, eũ prætor tuetur. l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itin. actũque pr. item qui abſente iudice appellat apud notarium, intra 30 dies id iudici inſinuare debet. Aliàs præſumitur appellationi renunciaſſe. l. iudicib. C. de appell. itẽ ſecuritatis promiſsiões ſeu fides publica delinquẽtib. data, 30 dies excedere nõ debet. in Nouel. de mãd. principũ §. ſed neq;. Eſt & alia, C. de erog. mil. an. l. actuarij. li. 12.

## DE PRAESCRIPTIONE XL dierum.

*TEmpore quadrageſimæ nulla criminalis quæſtio mouetur. Attamen noris, latrones tempore huius ſacri ieiunij puniri. C. de ferijs. l. quadraginta. & l. prouinciarum.* *

## DE PRAESCRIPTIONE L dierum.

1.

*NEq; iudices, neq; aſſeſſores, uel domeſtici ipſorũ, prouinciam relinquere debẽt: ſed quinquaginta dierum ſpacio expectare. C. ut omnes iudices tam ciuil. &c. l. unic. in Nouell. de administrat. §. qui autem.*

* Adde: quòd mulier prægnãs ſupplicio deſtinata ſeruabitur 40 diebus, etiam poſt partum. gloſſ. in l. prægnant. ff. de pœnis.

β Αἱ ν̄ ἡμέραι τοῖς ἐπιτρόποις, ἀφ' οὗ γνώσονται τρέχουσιν, εἰ βούλοιντο χρήσασθαι ἐξκουσατίονι. εἰ δὲ παρέλθωσιν, ὑπόκεινται τῇ κατ' ἐπιτρόπων ἀγωγῇ.

## ΠΕΡΙ ξ' ΗΜΕΡΩΝ.

α.

Ἄχρι ξ' ἡμερῶν συνεχῶν ὁ ἀνὴρ ἐκίνει δικαίῳ ἀνδρὸς κατὰ τῆς γυναικὸς τὸ μοιχικόν. σήμερον δέ, κατὰ τὴν νεαράν, ἐγγραφὰς ἀπαιτούμενος, ἀνῄρηται αὐτοῦ ἡ διαφορὰ τοῦ δικαίου ἀνδρός. οὐ γὰρ δύναται μεταμελεῖσθαι μετὰ τὴν ἐγγραφήν, μὴ συγχωρούσης τῆς γυναικός.

β Ὁ θέλων ἀντιτιθέναι κομπισατίονα ἤτοι ἀντίλογον τοῦ φίσκου, ὀφείλει ἀποδεικνύειν ἔσω β̄ μηνῶν, ὅτι κεχρεώστηται αὐτῷ ὅπερ βούλεται ἀντιλογίσασθαι.

γ Ὅτι μὴ ῥητῶς τὰ ἐκ τοῦ ἐδίκτου ἤτοι παραγγέλματος ὁ πράτης ὑπόσχηται, ἡ ἀνατρεπτικὴ τοῦ πραθέντος ἀγωγὴ εἴσω β̄ μηνῶν κινεῖται.

δ Ὁ πιπράσκων ὑποζύγια, λεγέτω καὶ





2 Quinquaginta dierũ ſpaciũ tutoribus currit, ex quo ſciuerint, ſi uelint excuſatione uti. ſi uerò tranſierint, actioni tutelari obnoxij ſunt. l.quinquaginta.ff. de excuſat. tut. § qui autem. Inſt.eodem tit.

## DE PRAESCRIPTIONE LX dierum.

1.

MAritus uſq; ad ſexaginta dies utiles accuſationem adulterij contra uxorẽ iure mariti mouebat. Hodie aũt, ſecundũ Nouellã inſcriptionẽ poſtulanti, accuſatio iure mariti adẽpta eſt. Poſt inſcriptionẽ enim cõſiliũ mutare, niſi permittente uxore, non poteſt. Nouel. 117. § quia uerò. ff. de adult. l. miles. § ſexaginta. l. iure mariti. C. eodem. l. auxilium. ff. de minor.

Additio. Ius mariti initiò præſtat ut ſine ſubſcriptiõe accuſare poſſit. l. quáuis. C. de adult. ſecũdò, ut ex ſola ſuſpicione. d. l. quãuis. tertiò, ut præferatur cæteris accuſare uolentibus. C. eodem. ultimò, quòd marito dies ſunt utiles, alijs cõtinui. l. iure mariti. C. eodem. l. miles. § ſexaginta. ff. eodem.

2 Qui fiſco compenſationem uult opponere, intra duos menſes probare debet mutuum, quod compenſare uult. ff. de iure fiſci. l. aufertur. § qui compenſationem.

3 Si uenditor de his quæ edicto ædilium continentur palàm non cauerit, redhibitorium iudicium intra duos menſes mouetur. l. ſi uenditor. ff. de æd. edicto.

4 Qui iumẽta uendit, quid in unoquoq; eorũ

τὰ πάθη, καὶ τὰ αἴτια αὐτῶν, καὶ διδότω τὸν ἐπικείμενον αὐτοῖς διὰ τὸ πραθῆναι κόσμον. ὁ δὲ τοῦτο μὴ ποιῶν, εἰς τὸ δοῦναι τὸν κόσμον, ἢ ἀναλαβεῖν τὰ ὑποζύγια, διὰ τὸ μὴ δοθῆναι τὸν κοσμὸν, εἴσω ξ ἡμερῶν ἐνάγεται.

ε Εἰ πωλήσω σοι οἰκέτην, ἐφ' ᾧ εἰ ἀπαρεσθῆς ἀποστρέφειν μοι αὐτὸν, εἰ μὴ ἐκφωνήσω χρόνον, εἴσω ξ ἡμερῶν δύνασαι τοῦτο ποιεῖν. εἰ δὲ ὑπέρθεσιν ὁ πράτης ποιήσῃ, ἢ οὐ παρῆν ὁ ἀναλαβεῖν ὀφείλων, ἢ ἕτερόν τι εὔλογον παρενέπεσεν, καὶ μετὰ τὰς ξ ἡμέρας κινεῖ. Εἰ δὲ ζεῦγος κτηνῶν πραθῇ, διὰ τὸ ἓν, καὶ τὸ ἕτερον ἀναστρέφεται. ὅσα περὶ ἀνδραπόδων εἴρηται, ταῦτα καὶ ἐπὶ κτηνῶν ἐστί· διὸ καὶ μετὰ θάνατον ἀναστρέφεται τὰ αὐτὰ καὶ ἐπὶ θρεμμάτων.

ς Μετὰ δύο μῆνας τῆς διοικήσεως, ἐπίτροποι τόκους ἀπαιτοῦνται· ἀλλ' ὅτε ἢ δίμηνος παρέλθῃ, ἢ τοσοῦτος χρόνος εἰς ὃν ἠδύνατο δανεῖσαι, τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν ἐπὶ τοῦ μὴ συγχωρησαμένου.

ζ Ἐὰν δύο μῆνας λέγει ὁ νόμος, καὶ ξ ἡμέ-



morbi uitij'ue ſit, palàm rectè dicito: & uti optimè ornata uendendi cauſa fuerint, ita emptorib. tradito. Si quid uerò ita factum non erit, de ornamentis reſtituendis, iumentis'ue ornamentorum nomine redhibendis, intra 60 dies in iudicium uocatur. l. ædiles. ff. de æd. ed.

5 Si ita uenierit ſeruus, ut niſi placuerit, intra præfinitũ tempus redhibeatur: ſi de tẽpore nihil dictũ fuerit, intra ſexaginta dies id facere potes. Si uerò in mora fuerit uenditor, aut non fuit præſens cui redderetur, aut alia iuſta cauſa interceſſit, & poſt 60 dies redhibitoriũ mouetur. Cum autem iugum iumentorum uenierit, propter unum redhibetur & aliud. Quæcunq; uerò in lege de mancipijs dicta ſunt, eadem & in iumentis obtinẽt. quã ob rẽ & poſt mortẽ redhibẽtur. Idem quoq; eſt in pecorib. ff. de æd. ed. l. quòd ſi nolit. § ſi quid ita. & l. ædiles. §. ſi fortè. eodem.

6 Poſt duos menſes adminiſtrationis, uſuræ à tutoribus exiguntur: ſed ita demũ, cum præterierint, aut tantũ temporis exceſſerit, quo pecunia collocari potuit. Id uerò nõ obtinet in eo qui credere non potuit. ff. de adminiſt. tut. l. tutor. §. uſuræ. l. cùm plures. § fin. eodem.

7 Vbi lex duorum menſium mentionẽ facit,

ξ ἡμέρας προσδέχεται.

η Κατὰ τοὺς δύο μῆνας τοὺς ἑορτασίμους ἀργεῖ τὰ δικαστήρια. ἐπὶ δὲ τῶν φισκαλίων, ἤτοι τῶν ταμιακῶν, καὶ δημοσίων, καὶ ἐμαγκιπατιόνων, καὶ ἐν ταῖς ἑορτασίμοις ἡμέραις κινεῖται δικαστήριον.

θ Ὁ ἐμφυτευσάμενος θέλων πωλῆσαι τὸ δίκαιον ἐμφυτεύσεως, ὀφείλει διαμαρτυρίαν πέμπειν τῷ πρωτοτύπῳ δεσποτείᾳ, καὶ δηλοῦν τὴν τιμήν. καὶ ἐὰν μὴ θελήσῃ ἀγοράσαι, μετὰ β̄ μῆνας πιπρασκέτω, καὶ ἀναγκάζεται ὁ δεσπότης δέξασθαι τὸν ἀγοραστὴν μετὰ τοὺς β̄ μῆνας τῆς διαμαρτυρίας.

ι Ἐὰν οἱ τὰ δημόσια ἀπαιτοῦντες ἄρχοντες ἐξαιτῶσι προθεσμίαν ἐπὶ τῷ χρέει, ἐπὶ μὲν ἐλαχίστης ποσότητος μὴ πλέον β̄ μηνῶν ὑπέρθεσις αὐτοῖς δοθῇ, ἐπὶ δὲ μεγάλης ποσότητος μὴ πλέον γ̄ μηνῶν.

ια Οἱ ἔχοντες τὰ πράγματα τοῦ κατακριθέντος ἐπὶ τυραννίδι, ἐν τῇ βασιλίδι πόλει ἔσω β̄ ἢ γ̄ μηνῶν, ἢ ἔσω η̄ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ὀφείλουσι καταμηνύσαι· ἔπειτα γε τετραπλάσιον παρέχουσιν.

ιβ Ὀλίγος χρόνος νοεῖται, οἱ δύο μῆνες.

Δύο



ſexaginta dies ſufficiunt.l.ubi.ff.de reg.iur.

8 Geminis feriatis menſibus iudicia ceſſant. Cauſarum autem fiſcalium, aut piſtoriarum, & publicarum, ac emancipationum, etiam feriatis diebus cognitio exercetur. C.de ferijs.l. publicas.& l.omnes.

9 Emphyteuta ſi uelit uendere ius emphyteuticũ, atteſtationẽ domino principali mittere, & preciũ quod ab alio accipi poteſt, indicare debet. Quòd ſi ipſe emere nolit, poſt duorũ menſiũ ſpaciũ exactũ uendat, & cogitur dominꝰ nouũ emphyteutã poſt duos mẽſes atteſtatiõis in poſſeſſionẽ ſuſcipere.l.ult.§.ſin aũt.C.de iur.emph.

10 Si fiſci exactores petiuerint dilationẽ ad pecuniã cõparandã, in minorib. quidẽ ſummis non plus quàm duo, in maioribus non plus quàm tres menſes ipſis prorogentur.l, in fraudem.§ fiſcalibus.ff.de iure fiſci,

Additio: Minores ſũmę dicũtur, quæ quinquaginta aureorum ſummam non excedunt.C.de fenſor.ciuit.l.1.

11 Qui res eius qui propter tyrannidem condemnatus fuerit detinẽt, in urbe regia intra duos aut tres, in prouincia intra octo menſes deferre eas debent. id uerò ſi omiſerint, poſtea quadruplum perſoluunt.

12 Exiguum tempus, duorũ menſium intelligitur.l, debitoribus.ff.de re iudicata.



Qui

ιγ Δύο μησὶ συνοικήσας γυναικί, κληρονομεῖ αὐτῆς.

ιδ Ἐὰν ὁ κληρονόμος μὴ δώσῃ τὸν ληγατευθέντα οἰκέτην, ἵνα ἐλευθερωθῇ, καὶ περὶ τούτου δικάσηται, καὶ εἰς τιμὴν καταδικασθῇ, μετὰ δύο μῆνας τῆς προκατάρξεως ὁ οἰκέτης ἐλευθεροῦται· ὁ δὲ κληρονόμος εἰς δαπάνας καταδικάζεται.

ιε Ἀφ' οὗ γνῷ ὁ κληθεὶς εἰς στρατηγίαν πόλεως, ἢ εἰς ἄλλην τιμὴν, β̄ μῆνας ἔχει εἰς τὸ ἐγκαλίσασθαι, καὶ παραιτήσασθαι.

40 *Si nauigium naufragium fecerit, & pars mercium & nauigij ſaluata fuerit, ſi quidem uectores ſecum aurum aut argentū, uel holoſerica aut margaritas portarint, aurum ſaluatum decimas præſtato, argentum autem quintas pendito: holoſerica uerò ſi ſicca ſaluata ſint, decimas ſoluunto tanquam auro paria: cæterùm aſpergine commadefacta exſiccantor, & ita ad collationem ueniunto. Margaritæ autem pro æſtimatione ſua damni reſtitutionem ſoluunto.*

41 *Si in nauigio uectores nauigarint, idq; uel oppreſſum ſit, uel perierit, res autem uectorum incolumes ſeruatæ ſint, ij pro nauigij iactura conferunto. Si uerò duo uel tres uectorum, pecuniam ſuam aut alias res proprias perdiderint, ab omnibus pro rata æſtimationem*

σαν κατὰ δύναμιν πρὸς τὴν ἀπώλειαν, ἅμα τῆς συμβολῆς τοῦ πλοίου.

μβ Ἐὰν πλοῖον τρυπήσει φόρτια κομίζον, τὰ δὲ φόρτια ἐξαιρεθῇ, ἐπὶ τοῦ ναυκλήρου ἔστω, ἐὰν θέλῃ ἐν τῷ πλοίῳ κομίζειν, ἢ ἐν τῷ συγκειμένῳ ἐμπόρῳ, ἐὰν πλοῖον ἐξηρτημένον ᾖ. εἰ δὲ μὴ ἐξηρτημένον εἴη, ἄλλο δὲ πλοῖον παραφέρει ὁ ναύκληρος, εἰς τὸ συγκείμενον ἐμπόρῳ ὁ ναύκληρος διδότω τὸν ναῦλον ἅπαν.

μγ Ἐὰν πλοῖον ἐπὶ χειμῶνι καταληφθῇ, καὶ ἐκβολὴν ποιήσῃ τοῦ γόμου, καὶ κεράτων κλάσιν, καὶ καταρτίου, καὶ αὐχένων, καὶ ἀγκύρων, καὶ ἐφολκίων, ταῦτα πάντα εἰς συμβολὴν ἐρχέσθωσαν, ἅμα τῆς τιμῆς τοῦ πλοίου, καὶ τῶν σωζομένων φορτίων.

μδ Ἐὰν πλοῖον ἔχῃ γόμον, καὶ ἐν ζάλῃ ἐκβολὴ τῆς καταρτίας γίνηται, ἢ τῶν αὐχένων κλάσις, ἢ ἀπώλεια τινὸς τῶν ἐφολκίων, ἐὰν μὲν ἐκ τῆς ζάλης συμβῇ τὸν γόμον βραχῆναι, ἀνάγκη ταῦτα πάντα εἰς συμβολὴν ἔρχεσθαι. εἰ δὲ ὁ γόμος ἐκ τῆς ἀντλείας πλέον βλαβῇ, καὶ οὐχὶ ἐκ τῆς ζάλης, τὰ ναῦλα λαμβανέτω ὁ ναύκληρος, καὶ τὰ εἴδη παραδιδότω ξηρὰ μέτρῳ, καθὼς καὶ παρέλαβεν.

με Ἐὰν



damni recipiunto, nauigio quoq; in contributionem ueniente.

42 Si nauigium onerarium rimis ac foraminibus hiſcat, merceſq; exemptæ ſint, in poteſtate naucleri eſto, an eas in iſto nauigio uehere uelit, an in eo de quo mercator conuenerit, ſi quidem nauigium omnibus armamentis instructum ſit. Si uerò minus, ſed aliud nauigium nauclerus offerat, in id de quo mercator conuenerit, omnem uecturam nauclerus impendito.

43 Si nauigium tempeſtate oppreſſum fuerit, & unà cum mercium iactu, antennarum cornua, malus, gubernacula, anchoræ, epholciaq; fracta fuerint, hæc omnia in conſortium collationis ueniunto, unà cum nauis & ſaluatarum mercium æstimatione.

44 Si nauis merces uehat, & in tempeſtate aut arbor ſit iacta, aut gubernacula ſint fracta, aut quædam ſcapharum ſubſequentium deperdita ſit, mercibus ex tempeſtate commadefactis, hæc omnia ad contributionis conſortium uenire neceſſe eſt. Si uerò magis ex ſentina quàm tempeſtate merces læſæ fuerint, uecturã quidem nauclerus accipito: ſpecies autem, menſura qua accepit, ſiccas reſtituito.

με Ἐὰν ἐν τῷ πελάγει πλοῖον συστραφῇ, ἢ διαφθαρῇ, ὁ ἀποσώζων τι ἐξ αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν, λαμβανέτω ἀντὶ μισθοῦ ὃ ἀποσώζει τὸ πέμπτον μέρος.

μϛ Ἐὰν κάραβος ἀπὸ ἰδίου πλοίου τὰ σχοινία διαῤῥήξας, ἀπόληται ἅμα τοῖς ἐμπλέουσιν ἐν αὐτῷ, ἐὰν οἱ ἐμπλέοντες ἀπόλωνται ἢ ἀποθάνωσιν, τὸν μισθὸν τὸν ἐνιαυσιαῖον ἀποδιδότω ὁ ναύκληρος εἰσπλήρη τοῖς τούτων κληρονόμοις. ὁ δὲ τὸν κάραβον ἀποσώζων σὺν τοῖς ἐφολκίοις, καθὼς ἐν ἀληθείᾳ εὑρήσει, πάντα ἀποδώσει, λαμβάνων ὁ ἀποσώσας τὸ πέμπτον μέρος ἀντὶ μισθοῦ.

μζ Ἐὰν χρυσίον, ἢ ἀργύρειον, ἢ ἕτερόν τι ἐκ τοῦ βυθοῦ ἐπαρθῇ ἀπὸ ὀργυιῶν ὀκτὼ, λαμβανέτω ὁ ἀποσώζων τὸ τρίτον μέρος· ἀπὸ δὲ ὀργυιῶν δεκαπέντε, λαμβανέτω ὁ ἀποσώζων τὸ ἥμισυ, διὰ τὸν κίνδυνον τοῦ βυθοῦ. τῶν δὲ ἐκριπτομένων ἀπὸ θαλάσσης εἰς γῆν, καὶ εὑρισκομένων ἐπὶ πῆχυν ἕνα, λαμβανέτω ὁ ἀποσώζων δέκατον μέρος τῶν ἀποσωζομένων.

μη Ὁ ἁρπάζων τι ἐκ τῶν ναυκλήρων, τετραπλάσιον ἀποδιδότω.

μθ Ὁ ἰδιωτικὸν φορτίον ἐπιθεὶς τῷ δημοσίῳ, καὶ ἀναγκάζων ἐπὶ τούτῳ τὸν ναύκληρον,

μὴ



45 Si nauigium in mari uorticibus aquarum in anguſtias redactum, ſubuerſum' ue fuerit, qui quidquam ex eo in terram ſaluarit, pro precio eius quintam accipito partem.

46 Si ſcapha, rudentibus à nauigio proprio diſruptis euerſa ſit, cum nauigantibus in ipſa, & uectores perierint, obierint' ue, annuam mercedem integram nauclerus ipſorum hæredibus dato. Qui uerò ſcapham cum epholcijs ſeruarit, quemadmodum in ueritate inueniet, ſic omnia reſtituet: quintam partem eius quod ſaluauerit, pro mercede recipiens.

47 Si aurum aut argentum, aliud' ue quid ex profundo maris circiter cubitos octo ab urinatoribus ſublatum ſaluatumq; fuerit, qui ſaluarit, tertiam partem accipito: qui autem ex profundo circiter cubitos quindecim ſaluarit, dimidiam partem obtineto, propter periculũ altumq; gurgitis. Verùm eorum quæ à mari in terrã expulſa, & ad cubitũ unum in profundo referta fuerint, decimam partem, qui ea ſaluarit, accipito.

48 Qui quid ex rebus nauiculariorum rapuerit, in quadruplum id reſtituito.

49 Quiſquis oneri publico priuatã ſarcinam impoſuerit, & ad ſuſcipiendum onus nauclerũ

 neceſſi-

μὴ μόνον ζημιούσθω, καὶ ἐπὶ τῷ ναυαγίῳ κινδυνευέτω, ἀλλὰ καὶ αὐστηρῶς τιμωρείσθω.

ν Οἱ ἐκ τῆς ἐλεεινοτάτης τῶν ναυαγησάντων ὑποστάσεως ἁρπάζοντές τι οἱονοῦν, ἢ κερδαίνοντες μετὰ δόλου πονηροῦ, τετραπλάσιον τοῖς ἀδικηθεῖσι παρεχέτωσαν.

να Ὁ βαρυτέρᾳ πραίδᾳ καὶ βίᾳ ἀφελόμενος πράγματα ἀπὸ τοῦ ναυαγίου, μετὰ τὴν τούτων ἀποκατάστασιν, εἰ μὲν ἐλεύθερός ἐστιν, ἐξορίζεται ἐπὶ τριετῆ χρόνον. εἰ δὲ ῥυπαροί τινές εἰσιν, εἰς ἔργον δημόσιον ἐμβάλλονται τὴν αὐτὴν ἐγχρονίαν. εἰ δὲ δοῦλοι εἰσίν, εἰς βαρύτερον ἔργον τοῦ δημοσίου ὁμοίως ἐκπέμπονται.

ΤΕΛΟΣ ΤΟΥ ΝΟΜΟΥ
*ῥοδίων ναυτικοῦ.*

## ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΝΟΜΩΝ ΡΟ-
*δίων ναυτικῶν, ἐκ βιβλίου τινὸς νομίμου τοῦ Δοκίμου.*

Τὰ ναυτικὰ πάντα, καὶ ὅσα περὶ θάλασσαν κρίνεται, ῥοδίων τέμνεται νόμῳ, καὶ περὶ τοὺς ῥοδίους δικάζεται νόμους, ὅταν μὴ ἄλλος νόμος ἐναντιούμενος τοῖς τῶν ῥοδίων νόμοις εὑρίσκεται.

εἰσὶ



*neceſsitate aliqua compulerit, nō in diſpendium ſolum atq; naufragij damnum periclitator, ſed & publicæ cohercitionis uigorem experitor.*

*50 Qui quid ex miſerabili naufragorū ſubſtantia rapuerint, aut dolo malo lucrifaciendi animo receperint, id læſis in quadruplum reſtituunto.*

*51 Qui grauiori præda & ui res ex naufragio inuaſerit, poſt earum reſtitutionem, ſi quidem liber eſt, ad triennium relegatur: at ſi ſordidiores ſunt, in opus publicum eiuſdem temporis dantur: ſi ſerui, in grauius opus fiſci similiter relegantur.*

FINIS LEGVM NAVA-
*lium Rhodiorum.*

## DE LEGIBVS NAVALIbus Rhodiorum, ex libro quodam legali Docimi.

*Omnia nautica, & quæcunque marina in iudicium deducuntur, lege Rhodia deciduntur, & iuxta leges Rhodias diſceptantur. Quod ita demum procedit, ſi non alia lex, quæ legi Rhodiorum contraria ſit, inueniatur.*

*Nam*

εἰσὶ γὰρ οἱ τῶν ῥοδίων νόμοι τῶν ἄλλων ναυτι-
κῶν νόμων παλαιγενέστεροι, καὶ ἔχουσιν εἰς
τὰ πλείω καλῶς, καὶ ἐν τοῖς περιοσοτέροις
τυγχάνουσιν ἀνεπίληπτοι. ἐπεὶ δὲ ὕστερον τι-
νὲς τῶν ἀνθρώπων τισὶ ῥοδίοις νόμοις πρὸς
κακουργίαν ἐχρήσαντο, καὶ αὐτὴ δὲ ἡ τῶν πρα-
γμάτων μεταβολὴ ἀπήτησεν ἐξ ἀνάγκης
νέους νόμους τεθῆναι, ἀναπληροῦντας τὸ λεῖ-
πον τοῖς νόμοις τοῖς παλαιοῖς, καὶ μεταποιοῦν-
τας ἐκείνους πρὸς τὸ κοσμιότερον καὶ σεμνό-
τερον, καὶ μέν τοι τοιοῦτοι νόμοι παρὰ βασι-
λέων ἀγαπώντων τὸ δίκαιον ἐξετέθησαν.
ὅπου δὲ οὐχ εὑρίσκεται νέος νόμος παλαιῷ
νόμῳ τῶν ῥοδίων ἀντιταττόμενος, κατὰ τοὺς ῥο-
δίους νόμους τὰ ναυτικὰ ζητήματα κρίνεται.
ὅπου δὲ ἕτεροι νόμοι ἐναντιοῦνται αὐτοῖς, ἀρ-
γοῦσιν οἱ τῶν ῥοδίων νόμοι, καὶ οἱ ἄλ-
λοι τὸ κράτος ἔχουσιν.

ΤΕΛΟΣ.



*Nam leges Rhodiorum cæteris nauticis legibus ſunt antiquiores, & in plurimis quidem laudandæ ſunt, in cæteris uerò reprehenſione carent. Cum autem ſubſequentibus temporibus quidam legibus Rhodijs ad technas & fraudes uterentur, & ipſa rerum temporumq; mutatio nouam legislationem ex neceſsitate requireret, quæ ea ſuppleret quæ legibus antiquis deeſſent, & illas ad æquitatem, maieſtatemq; reductas reformaret, etiam huiuſmodi leges ab Imperatoribus ius & æquum amantibus ſunt promulgatæ. Vbi itaq; non inuenitur lex noua quæ ueteri Rhodiorum legi aduerſetur, ſecundum leges Rhodias nauticæ controuerſiæ iudicantur. Vbi uerò aliæ leges ipſis aduerſantur, Rhodiorum leges ceſſant, aliæq; robur ac uim obtinent.*

FINIS.

# LECTORI S.

EDitionem harũ legum paranti, nihil quidem minus propoſitum erat, quàm quidquam ipſis adiungere: id ſpectanti, ut leges ipſæ, longiſſimo iam tempore deliteſcentes, in lucem eruerentur. Veruntamen cum conuerſione earũ abſoluta, quædam in ijs eſſe cernerẽ, quæ uerborum magis interpretatione quàm commentariorum prolixitate indigerent: ne quid à lectore (ſi quis tamen hæc leget) deſiderari poſſet, non inuitus quædam, de uocabulorum quorundam interpretatione ſubieci. idq; ob eam cauſam præcipuè, quòd hæc linguarum ſtudia à pauciſſimis legum ſtudioſis coli ſciam, interpretum potius lectioni, quàm Græcæ linguæ uel elegantiorum artiũ cognitioni deditis. Licet autem hæc naſutulis quibuſdam, præter decorum profeſſionis meæ eſſe uideri poſſint: tamen cum & ueteres iurecõſultos præſtantiſſimos uiros, & recentiorum eruditiores in eo interpretationis genere uerſatos ſciam, pluris ego eorum exempla, quàm naſutulorum corrupta iudicia facio. Nam & Aelium Gallum, clariſſimum ſuæ ætatis iureconſultũ, de Verborum ſignificatione integros cõmentarios ſcripſiſſe ſcimus: & Caij de Origine uocabulorum libros à Gellio non ſemel citari uidemus, ne de cæteris quid loquamur: noſtri autem ſeculi clariſſi

mis



mis Iureconſultis ALCIATO & AVGVSTINO idẽ genus non diſplicuiſſe, notius cuiuis arbitror, quàm ut id cõmemorari neceſſe ſit. Eorum itaq; exemplo munitus, in præſens uocum rariorũ interpretationem ſubijciam, quo leges nauticæ facilius percipiantur: uberiorem earũ explicationem editione nauticarum legum, quæ in Oceano Germanico & mari Mediterraneo obſeruantur, Deo dante, prolaturus.

## IN PROOEMIVM.

Proœmium nihil aliud continet, niſi demonſtrationem antiquitatis legum Rhodiarum: commemoratis Imperatoribus, quorũ decreto leges Rhodiæ ſunt confirmatæ. Videntur autem Imperatores id ueteri diſciplinæ et peritiæ naualiRhodiorum tribuiſſe, ut ipſorum leges nauticas præ cæterarum gentium legibus confirmatione dignarentur. Nam illa ita excelluere, ut & Imperio maris eos potitos Strabo referat, & ipſorum opera Romani ſæpius illuſtres uictorias retulerint. Siquidem in bello cõtra Antiochum & Hannibalem à Romanis mari geſto, ex manubijs Hannibalis uictoriam Rhodiorum uirtute extortam, Plutarchus in uita Hannibalis commemorat: & in bello Mithridatico ea uirtute illos mari pugnaſſe Appianus refert, ut Mithridates rebus deſperatis exercitum à Rhodo deduxerit. Verùm

etſi

etſi Rhodiorum leges nauticæ ab Imperatoribus ſint comprobatæ: non tamen ſtatim in urbem receptas, quaſiq; ciuitate donatas crediderim, ſed ſucceſſu temporis ſenſim eas inualuiſſe: idq; meo iudicio, tam crebra earum reiterata confirmatio, cuius in his fragmentis fit mentio, ſatis abundè ſignificat: & Antonini reſponſum clariſſimè demonſtrat, ita demum legem Rhodiam confirmantis, niſi alijs legibus aduerſetur. Cæterùm illud obiter ſignificandũ exiſtimo, hoc Proœmium in omnibus harum legũ exemplaribus non inueniri. Nam nec in eo quod nobis Florentiæ conſequi licuit, nec in altero eorum quod Romæ in Vaticana inuenitur, extabat. Veruntamen cum & in exemplari beneficentia reuerendiſſimi uiri, ac prudentia & eruditione clariſſimi, D. Antonij Auguſtini, & in altero Vaticanæ bibliothecæ id inuenerim, quale id fuit, hiſce legib. præmittendum cenſui: licet mutilum eſſe, diligentius id intuenti facilè appareat: nec expedita temporis annotatione cõſtet. Siquidem qui in eo Conſules nominantur, uix ordinarios fuiſſe iudico, ſed uel ſuffectos, uel honorarios. Quæ uerò de Antonini reſponſo in fine commemorantur: ea quoq; extant in l. deprecatio. ff. ad l. Rhodiam de iactu, ubi uox τῶν δημοσίων, hactenus à nonnullis de ſeruis publicis intellecta, haud dubiè rectius de publica-



publicanis accipietur. Nam inter cæteras de naufragis leges & hæc olim fuit, Naufragia ad publicanos pertinento: ut id cernere eſt apud Hermogenem et Fortunatianum rhetores, & eius ueſtigium quaſi extat in Cod. Theodoſ. libro 8. tit. de naufragis.

## AD QVINQVE PRIORES leges.

In quinq; prioribus legibus, de mercede eorũ qui nauis nauigandæ cauſa in naui uerſantur, agitur: quæ tamen cuiuſq; portio fuerit, nõ exprimitur. Lucianus περὶ τοῦ ἠλέκτρου, remigis mercedem ad duos obolos ſtatuiſſe uidetur: id eſt, drachmæ tertiam, dum ait, οἴει ἡμᾶς δυοῖν ὀβολοῖν εὔνικα ὀρέττειν ἄν, ἢ ἕλκειν τὰ πλοῖα πρὸς ἐναντίον τὸ ὕδωρ. Xenophon uerò lib. 1. ἑλληνικῶν, τριώβολον poſuit. Verùm quod cuiuſq; officiũ fuerit, obiter uideamus.

Naucleri, ſeu nauicularij, uel nauiculatores, (eâdem enim hæc ferè ſunt ſignificatione) dicuntur, qui nauem gubernant, uel qui meritorias naues habent, quiq; nauium ſunt domini. Meminit Iureconſ. in l. ſemper. ff. de iur. immu. & l. 1. C. de nauicularijs.

Κυβερνήτης, latinè gubernator, is dicitur, qui puppi uel poſteriori nauis parti præeſt, quæ Græcis πρύμνη dicitur, ut apud Plautum in Rudente:

Si tu proreta iſti naui es, ego gubernator ero. Et
apud Ciceronem in Catone: Similes ſunt (inquit)
ut ſi qui gubernatorem in nauigando agere nihil
dicant, cum alij malos ſcandãt, alij per foros cur-
ſitent, alij ſentinam exhauriant, ille autem clauũ
tenens ſedeat in puppi. Ab hac uoce Iabolenus
Archigubernium deduxit, l. Seius Saturnius. ff. ad
Senatuſc. Trebell.

Proreta, Græcè πρωρεὺς καὶ πρωράτης, qui
proram, id eſt priorem nauis partem regit: ſic di
ctũ quaſi πρωΐζειν, ut Theon tradit. Vtitur ea uo
ce Paulus I.C. in l. cotem. § dominus. ff. de publi:

Naupegus Græcè, Latinis dicitur fabricator
nauiũ, uel nauis artifex. Arcadius Iuriſconſ. græ
ca uoce eſt uſus, ut latina l. ult. ff. de iure immunit.
quem & nos imitati ſumus, ut & antè Valla atq;
Bayſius. Hodie apud Venetos uulgò Calafatte uo
catur, uoce à recentioribus Græcis mutuata, qui
nauium artifices καλαφάτας uocauere. teſtatur
id nomen Michaelis Imperatoris, qui Calaphates
uocatus fuit, quòd parentes ipſius naues apud Pa
phlagonas cõſtruxiſſent. Verùm cõplura fabro-
rum naualiũ genera cõmemorantur. Erant enim
δενδροφόροι, qui ligna adferebant: dolabrarij,
qui ea in uſum nauigiorum perforabant: cento-
narij, qui ſtuppa & centonibus rimas iuncturarũ
opplebant. de quib. eſt tit. in Cod. Theodoſ. lib. x
de cen-



de centonarijs & dendrophoris. Erãt et ſcalarij,
qui ſcalas in uſum magnorũ nauigiorũ faciebãt.

Carabitam dici exiſtimo, quòd carabo præſit.
Videtur aũt carabus in hiſce legib. uſurpari pro
ſcapha, quæ maiora nauigia cõſequitur, ut infrà
l. 46. apparet. Carabus, inqt Iſidorus, eſt parua ſca
pha ex uimine facta, quæ crudo corio cõtecta, na
uigij genus præbet: qualib. ait, utũtur Germano-
rũ piratæ in Oceani littoribus uel paludibus. hinc
καράβιον forma diminutiua deducitur, ex quo uul
gò Carabellæ Italis uocitatæ, annotante Gyraldo.

Ἐπιβάται, Latinis uectores, ut ff. de exer. act.
l. 1. § magiſtri. & § ſed etſi. & l. 2. § ſi conſerua-
tis. ff. ad l. Rhod. de iactu. & l. 1. § fin. & l. ult. ff.
nautæ, caup. & ſtab. Vt aũt uectorũ nomine acci
piũtur tam qui traijciũt homines, quàm qui trãſ-
mittuntur: ſic & ἐπιβάται Demoſtheni, Hero-
doto, Xenophonti, Harpocrationi, Polluci, Por-
phyrio in quæſtionibus Homericis, dicuntur mili
tes claſsiarij. Alijs aũt, hi qui nauim conſcendunt,
ut traijciantur. Et ſic quidem hæc dictio toto hoc
titulo accipitur. Hinc dictæ ſunt ἐπιβατίδες ue-
ctoria nauigia, quorum Vlpianus meminit l. 1. §
ſed etſi. ff. de exercit. act.

In l. 6. exemplaria bibliothecæ Vaticanæ, pro L. 6.
πόδας legunt πᾶδας. & congruere uidentur
cum ea lectione, caput 74 & 75 libri Conſulatus,

quo recentiores leges nauales continentur. Nam
illic traditur, ut mercatoris iuſtam uecturam ſol-
uentis, arca & ſeruus naui portentur. In longin-
qua tamē nauigatione ad id nauclerũ non aſtrin
gi, niſi ultra 10 coronatos mercator pro uectu-
ra ſoluat.

Lege decimaquarta, de æſtimatiōe nauis Rho
diæ tractatur, ſic dictæ, quòd illic frequentius in
uſu ſit habita, uel quòd ibi fuerit ædificata: ut &
aliæ quamplurimæ à loco dicuntur, ut Liburni-
cæ, Aegyptiæ, Sidoniæ, & ſimiles, quas recenſere
non eſt inſtituti noſtri. Etſi autem uaria Rhodia-
Naues one- rum nauium genera fuerint, tamen hic de onera-
rariæ. rijs ſaltem agi, nemo ambiget, legibus huius tituli
obiter conſideratis, quæ ferè omnes circa merca-
tores, & mercium ſeu onerum tranſportationes
uerſantur: à quibus naues onerariæ non ſolũ a-
pud Latinos, ſed & Græcos nomen ſortitæ ſunt,
quibus nunc φορτηγοὶ, φορταγωγοὶ, & φορτίδες:
nunc à rebus quæ in ijs deferuntur, σιτηγοὶ & σι
ταγωγοὶ appellantur. Cæterùm de calculo mo
Calculꝰ mo- diationis illud admonendum cenſeo, me ijs uerbis
diationis. in interpretando uſum, quòd ea Græcis uicina, et
in materia ferè eâdē ab Imperatoribus Honorio
& Theodoſio uſurpata cernerem, l. ult. C. de nau
frag. lib. 11. & in C. Theodoſiano, l. cum nauar-
chorum, ſub tit. de nauicularijs lib. 13. Licet non
negem,



negem, poſſe quoq; per Chiliada millenariam na
uim intelligi, quaſi mille amphorarum capacem:
ſicuti iam quadragenariæ, ſeptuagenariæ & cen
tenariæ uulgò dicuntur. Sed quid nomine Mo-
diatiōis intelligitur? Ego, licet omnes, apud quos
huius rei explicatio quærenda erat, diligēter ex-
cuſſerim, nullum tamen qui eius uel uerbulo men
tionem feciſſet, hactenus uidere potui. Nam &
ab ijs qui ex profeſſo in Codicis poſteriores li-
bros hactenus Commentationes uel Annotatiōes
ediderunt, id leui, ſiccoq; (quod aiunt) pede præ-
teritum, & ab alijs qui Antiquitatum obſerua-
tiones pollicentur, intactum fuiſſe relictum com-
peri, omnibus Accurſij interpretationi acquie-
ſcentibus. Sed quid ea uel ad legis ultimæ, uel hu-
ius loci ſenſum confert? Nam interpretatio mo-
diationis pro publico frumento, dictæ l. ultimæ,
commodè non adaptatur: multo uerò minus huic
loco conuenit, ubi de æſtimatione nauis Rhodiæ
non publici frumenti agi perſpicuũ eſt. Ego itaq;
diligentius loco utroq; perpenſo, per modiationē
nauis nihil aliud, niſi eius cōſtitutum taxatumq;
modũ intelligi exiſtimo: ideo modiationis nomi-
ne appellatum, quòd, ut hodie ex culeis uel tonel-
lis (ut uocant) magnitudo modusq; nauis, ita olim
ex modijs æſtimaretur, ſicuti uidere eſt in l. iube-
mus. C. de ſacroſanct. eccl. & l. 2. C. de nauibus nō
r 3 excuſ.

excuſ.lib.11. Sic quoq; Theodoſius modiationem
frumēti uocat, quam antè modū appellarat, l.ult.
C.de anno.ciuil. lib. 11. Gordianus certam tritici
modiationē, menſuram intelligens, l.cum nō fru-
mentum. C.de uſuris. & l. emptionem. C.de rer.
permut. Porrò in naui exædificāda certam ſum-
mam modumq; præfinitum ſeruari ſolitū, apertè
oſtenditur libro 13.C.Theodoſ.tit. præallegato.l.
prouideatur.cuius uerba quia ad ſentētiæ noſtræ
confirmationem faciunt, ſubijcere uiſum eſt. Pro-
uideatur (inquit lex) ut naues, ſinguli quiq; naui-
culariæ functioni obnoxij ad neceſſariū & cōſti-
tutum modū exædificare cogantur, ut onera debi-
ta & iuſta ſuſcipiāt. Qui ſcient ſe de proprijs pe-
riclitaturos eſſe fortunis, niſi in his præparandis
debitæ capacitatis ſummā modumq; ſeruauerint.
Itaq; dum dicit lex nauis Rhodiæ modiationem,
cum omnibus armamentis ad quinquaginta au-
reos redigit, nihil aliud intelligit, quàm naui-
gium habere debere æſtimationem, laxationem,
ſummam que quinquaginta aureorum. Ac li-
cet de æſtimationis ſumma non diſputo, nec nu-
meros hic poſitos pertinaciter defendo: tamē æſti-
mationis tenuitatem nemo mirabitur, qui quan-
tulæ ueterum onerariæ naues fuerint, ex hiſtori-
corum lectione didicerit, easq; cum noſtris dili-
genti ratione æſtimarit. Id quod qui facere uolue
rit,



rit, neminem, meo iudicio, melius quàm Budæum
de Aſſe libro 5 conſulere poteſt, perſpecturus ne-
quaquam ueterum onerarias cum noſtris confe-
rendas eſſe. Atq; ut dictio Modiationis Latinis
nō eſt admodū uſitata, ita Græcis τῆς ἐξαρτίας, ἐξαρτία.
cuius eadem lex meminit. Intelligitur autem ἐξαρ-
τίας appellatione nihil aliud, quàm ἐξάρτησις, ut
teſtatur Harmenopulus li.2. tit.10. quæ eſt σκεύη
διὰ κατασκευήν, id eſt, inſtrumēta ad tutelam &
conſeruationem nauis neceſſaria, Latinis arma-
menta appellata. l.nauis.ff.ad l.Rhod.de iact.l.3.
§.armamenta.ff.de rei uind. Hæc eadem ἐπιχει- ἀρχαρία.
ρία quoq; dici uidetur, lege decima infrà. Inde
porrò dici exiſtimo ἐξαρτημένον πλοῖον, l.42.in
frà. ac ſi diceres, nauigium omnibus armamentis
neceſſarijs inſtructum. Hodie eadem quoque di-
ctione Veneti utuntur, ut præallegato lib.legum
recentiorū naualium cap.90 & 185 & 187 appa
ret. ſicuti & alijs quibuſdam: ut gundulæ & bar-
cæ, quas græcas quoq; eſſe, ex loco cōmemorato
Harmenopuli oſtenditur.

Duplicem apud antiquos uſuram fuiſſe, præ- 15
terquàm quòd ex hoc loco manifeſtū eſt, etiam à
Budæo annotatū eſt lib. de Aſſe 1. Terreſtrē ſcili-
cet, & nauticam. Terreſtris, id eſt ἔγγειος, men-
ſtrua erat, ut uocabulū Calendariū docet, quo Iu
recōſulti paſſim utuntur. ut l.penult.ff.ſi cert.pet.

r 4 l.nepoti.

l.nepoti. ff.de inſtruct. & inſt.leg. t.dominus. ff.
de pecul.leg.cum ſimilibus. Hæc non debetur re
gulariter,niſi ſtipulatione præcedente promiſsio
eius rectè facta probetur: l.1.C.de uſuris. Idq́; in
tantum,ut licet aliquando ex conſenſu ſit præſti-
ta,præiudiciũ debitori non adſerat ad futuri tem
poris ſolutionem. l.creditor. C.de uſuris. Nau-
tica ſiue maritima, quæ creditori ob incertum na
uigationis periculum, quod in ſe recipit, ab eo
qui trans mare uehitur, dependi ſolet, unde &
Traiecticia dicitur: & ſi pecunia in eo loco quo
datur,conſumatur,nautica non erit. Modeſtinus
l.1.ff.de naut.fœn. Hæc uerò rurſus eſt duplex,
ut ex Polluc.lib.8.Budæus & in Annotationibus
ad Pandectas, & in libro de Aſſe annotauit: ſci-
licet Heteroplus,& Amphoteroplus. Hetero-
plus,cum fœnerator tantum commeatus pericu-
lum ſuſcipit,id eſt alterius nauigationis: Ampho
teroplus autem in commeatum & remeatum ta-
xata eſt,id eſt, ita contrahitur, ut nec uſura nec
ſors debeatur,quàm ſi nauis cum mercibus ſoſpes
ad domicilium uſque rediiſſet, de qua prædicta l.
1.ff. de naut.fœn. Quod uerò hic de deſcri-
ptione uſurarum dicitur, id ad antiquam fœnera
torum conſuetudinem refertur, qui ut gnaui &
diligentes patresfamilias, nomina debitorũ in li-
brum rationum uel tabulas deſcribere ſolebant:
quæ



quæ quòd in ſingulas Calendas fœnerarent, Ca- Calendaria
lendaria uocabantur, memorata tam oratoribus quid.
atq; poetis,quàm noſtris Iureconſultis,ut Senecæ
lib.1.de Beneficijs: Nemo beneficia in Calendario
ſcribit.de quo,præter alios, Alciatus lib.2.Parer-
gœn, cap. 23. Itaq; cum lex mutuum à creditore
in tabulas hic deſcribi uetat,intelligit eum à peri-
culo nauigationis immunem, uſuras exigere uel
petere non debere.idq́; ita eſſe,cõfirmat infrà lex
16.& facit l.2.C.de naut.fœn.

## AD SVMMARIA LE-
## gis Rhodiæ.

Κήλωσις, ſeu κήλη, latinis ramex ſeu tumor, l.7.
non ſolùm in ſcroto,ſed & qualibet corporis par κήλωσις
te.ſic dictus,ut Euſtathius lib.1.Odyſſ.Hom. exi-
ſtimat, ἀντιφραστικῶς, παρὰ τὸ κηλεῖν, quòd ni-
mirum parum delectationis adſerat.

Ενθήκη,& hic & in prooemio,aliiſq́; legibus, l.8.
ut inf.10.31. & 42.mercem ſignificat, & ſpecies, ἐνθήκη.
& quidquid oneris naui imponitur. Papinianus
l.ſecunda ff.de inſtructo uel inſt.l. dotes prædio-
rum, ἐνθήκας quoq; appellari ſcribit. Ac inde
quur, quas enthecas uetus Nouellarum editio ha
buerat, Haloander Conſtit. 128. § ſi uerò. dotes
prædij interpretatus ſit,facilè apparet. Dotes ue Dotes prædiorum.
rò prædiorum quæ ſint, Columella indicat lib. 4.
cum inquit: Vineaſq́; cum dote ſua,id eſt cum pe-

damentis & uiminibus, binis ouilibus in ſingula iugera poſitas dico.

ἐκπορίζειν.

In ſummario legis 41, ἐκπορίζειν pro ἐκπορεύεσθαι, quod eſt abire, egredi, uſurpari uidetur: cùm aliàs ἐκπορίσαι, pro τοῦ ἐκβαλεῖν in uſu ſit, annotante Heſychio.

## AD LEGEM SECVNDAM.

σχοινία καννάβινα.

In lege ſecunda, de inſtrumẽtis naui furto ſubtractis agitur. Quæ aũt propriè inſtrumentorum appellatione cõtineantur, Vlpianus tractat l. inſtructam. ff. de uerb. ſig. & l. quæſitũ. ff. de iuſt. uel iuſt. leg. Funes uerò Cannabinos ideo lex nominat, ꝙ hi cæteris ſint meliores, et ex uaria materia olim ſint facti. Nã & ex iunco cõfectos, indicat nomẽ σχοῖνος, quo Græci herbã eam appellãt. itidẽ ex philyra, et palmæ folijs, nec nõ arborũ corticibus atq; papyro cõfectos, copioſe docet Euſtath. in fine ſecũdi Odyſſ. & lib. 22.

ἄρμενα.

Ἄρμενα uela uſitatè dicũtur, ut idẽ annotat Iliad. 5. licet et ἱστία & ὀθόναι uocẽtur, ut & Latinis carbaſa & lintea. Hinc τριάρμενος nauis Antigoni, quòd tria uela, trinosq; malos haberet, apud Pollucem:

ἀρμενίζειν.

& ἀρμενίζειν uerbum, non aliàs quidem, ſed in hiſce tamen legibus frequens, pro uelificare: & ἀρμενιστής, l. 46. pro eo qui uelo dirigendo præeſt.

Διφθέ-



Διφθέραι.

Διφθέραι, cilicia ſunt, ut hodie uulgus nauticum appellat, quæ fieri ſolebant ex pellibus caprinis: ut Varro lib. 2. de Re ruſtica tradit, & Virg. tertio Georgic.

Nec minus interea barbas, incanaq; menta
Cinyphij tondent hirci, ſetasq; comantes,
Vſum in caſtrorũ, & miſeris uelamina nautis.

Dicta autem fuere Cilicia, teſte Aſconio in tertia Verr. à Cilicibus populis, apud quos primùm confecta ſunt: haud dubiè ea occaſione, quòd (ut Suidas tradit) illic hirci ualde piloſi ſint. Ciliciorum uelorum meminit Vlpianus l. fundi. § quæ pictæ. ff. de act. empti.

ξυλαγώγια.

Quæ lege tertia ξυλαγώγια uocantur, uix alijs authoribus memorata credo. Eſt autem ξυλαγώγιον, genus ſupplicij nautici, cum quis ſubleuatus poſteriori corporis parte, ad lignum uehementi impulſu adigitur. Rem barbaram uoce ſimili reddendo, lignagium dici poſſet. Hodie non ſolùm nautis noſtris in Oceano Germanico, ſed & alijs paßim frequens. Eiuſdem generis eſt & στρέβλη, cuius Euſtathius alicubi meminit, & Eccleſiaſt. decimotertio.

καταποντισμός.

Et καταποντισμός, hodie quoque frequens, cum quis funi alligatus in mare proijcitur, et ſubtus nauim raptatus, atq; ſublatus denuò ſubmergitur. Vnde

Sicyo-

Sicyoniorum tyrannus atq; pirata καταποντι-
στὴς, licet diuerſiore nonnihil ſignificatione, di-
ctus, quòd præda non contentus, captos etiam in
mare præcipites daret.

In lege nona, ferè præcipua materia huius ti-
tuli conſiſtit. tractat etenim præcipua quæ ad ia-
ctum pertinent: nimirum quæ forma in iactu ſer-
uanda ſit, quæ res iactu facto ad contributionem
uocandæ, & qui conferre ſeu contribuere tenean
tur: Ac ad primum quod attinet, lex exigit, ut ſi
neceßitas undarum ac tempeſtatis nauigia iactu
exonerari poſtulet, id à nauclero, dominis mer-
cium conſultis ac conſentientibus, fiat. non modò
enim inciuile, ſed & iniquũ eſſet, cuiuſquam res,
illo inuito ac reluctante, ab alio proijci. Vnde
quoq; lex 38 infrà præcipit, ut ita demũ iactura à
nautis alijsq; fiat, ſi dominus merces prior pro-
iecerit. Idq; non ſolùm ſecundũ legem Rhodiam
ſeruari eſt ſolitum, ſed & exinde perpetua con-
ſuetudine in mari receptum: ut liquidò apparet
in naualibus legibus recentioribus, cap.98. Iactu
autem facto, res omnes in naui contribuuntur, ita
ut & ueſtimentorũ & annulorum, earumq; mer
cium æſtimatio fiat, quibus nauis non oneratur,
ueluti gemmarum & margaritarum: l.2. § cum
in eadem. ff. ad l. Rhod. de iact. Quin & nauis ip
ſa obnoxia eſt contributioni, ut leges pleræq;
huius



huius tituli teſtantur, & Harmenopulus quoque
tradidit lib.2.tit.10. Solius liberi capitis nulla eſt
hic æſtimatio, & cibariorum: quòd, ſi quãdo hæc
deficerent, quod quiſq; haberet, in cõmune con-
ferre ſoleat, ut inquit Paulus dicta l. ſecunda. § cũ
in eadem. Illud autem nullam æſtimationem reci-
piat, l.1. § hæc in factum. ff. de his qui deiec. cum
ſimil. Conferunt itaq; omnes quotquot in naui
ſunt, non tantum uectores, ſed & ipſi nautæ: ut
hic dicitur, & l.2. ff. h.t. Verùm huic capiti duo
ex Harmenopulo & ſcriptis Iureconſultorum
ſunt adijcienda, de æſtimatione rerum, & de por
tione contributionis: quarum illa ineunda eſt ita,
ut res iactæ tanti æſtimentur, quanti emptæ ſunt:
res uerò ſaluæ, quanti uenire poſſunt. idq; ideo,
ut detrimentũ in exiguum coarctetur, & lucrum
dilatetur, iuxta Harmenopulum. Contributio-
nis uerò portio, ut Paulus l.2. § portio. ait, præſta
tur pro æſtimatione rerum quæ ſaluæ ſunt, & ea
rum quæ ſunt amiſſæ. Id eſt, res iactæ, & ſeruatæ
inter ſe, comparari debent, & ex earum propor-
tione contributio facienda. Atq; hæc de con-
tributione, quæ hic συμβολὴ, alijs autem cõmu-
niore uocabulo συνεισφορὰ dicitur. Porrò in
hac eadem lege χρημάτων appellatio tam latè
patet, quàm pecuniæ uocabulũ apud Latinos. I- χρήματα.
taq; hic non ſolùm pecunia numerata, ſed & cor
pora

pora ſignificantur. l. pecuniæ prima. & l. pecu-
niæ ſecunda. ff. de uerb. ſignificat. Idq; ita eſſe, præ
terquam quòd materia ipſa euincit, & Budæus
diligenter docuit in commentarijs Græc. ling.
Quod autem lex ψῆφον ποιεῖν fieri præcipit, id
ego interpretor calculum iniri, ac rationē rerum
quæ in naui ſunt ſubduci debere, uerbis finalibus
legis adductus: licet alioqui plerūq; ψῆφον ποιεῖν
ſit, ferre uel dare ſententiam, &c.

11. Legis undecimæ uocabula pleraque iam antè
expoſita ſunt. κάραβοι δὲ ἐξηρτημένοι dicuntur,
uel ſcaphæ maiora nauigia comitantes & aſſectā
tes, uel lintres neceſſarijs rebus instructæ atq; ar-
matæ, ἀπὸ τῆς ἐξαρτήσεως uoce deducta, ut &
antea annotatum eſt.

Αὐχένες, gubernacula nauis intelliguntur, συ-
νεκδοχικῶς, parte pro toto accepta. Nam guber-
naculi ſumma pars, quam anſam Vitruuius uocat
lib. 10. cap. 8. οἴαξ dicitur, autore Polluce lib. 1.
cap. 9. quanquam & totum gubernaculum eo
nomine intelligi poteſt, teſte Thoma Magiſtro de
dictionibus Atticis. Media pars, φθείρ, aut ῥίζα,
uel ὑπόζωμα: extremitas πτερύγιον, Latinè ala di
ci poſſet. quod reliquū eſt, αὐχὴν uocatur. Eſt
itaq; αὐχὴν, ea pars quæ ſemper eſt in aqua: ea ue
rò & ἰφέλκιον, & πηδάλιον appellatur, atte-
ſtāte Euſtathio Odyſ. lib. 5. Et hinc parœmia in-
telligi



telligi poteſt, ἁγνότερος πηδαλίου, hoc eſt, guber
naculo caſtior: de puris minusq; ſordidis rebus,
quod ea gubernaculi pars ſemper ſit in aqua.

Πλάγια latera, aliàs πλευραὶ Græcis dicta: nō
nunquā etiā τοῖχοι. Dicūt enim τοῖχον εὐώνυμον
καὶ δέξιον, dextrū ſiniſtrū'ue latus, ut apud Pol-
lucem legimus. Lucianus in Ioue Tragœdo: ἢ πρώ
ρας ἐπιμελητὴς ἀποδέδεικτ' ἂν, ἢ τοίχου ἄρχων:
Vel proræ rector declarari debeat, uel lateris al-
terius præfectus. Sunt autē latera nauis, quæ ſunt
inter proram & puppim: ſed id ex longitudine,
non latitudine conſiderare debemus. Cic. de Orat.
In nauigio, latera, carinæ, prora, puppis.

Lege decimaquinta, uerbo κελεύσας, nautica 15.
exhortatio denotari uidetur: quæ & Latinis ce-
leuma uel celeuſma dicitur. illa autem in nauibus
claſsiarijs interdum aſſa uoce, interdum tibia ca-
nebatur: ita ut remiges pro modulorum atq; har-
moniæ ratione uel concitarent, uel inhiberent re-
mos. Pedianus in actione prima in Verrē author
eſt, remigibus celeuma per ſymphoniacos ſeruos
cani ſolitum olim eſſe, & per aſſam uocem, id
eſt ore prolatam: interdum, ut in Argo na-
ui, per citharam. Hinc Celeuſtes, qui remiges
hortatur, qui & à Plauto latinè hortator dici-
tur, quòd ea hortamenta faciat. Verbum autem
ἐξαλύσαι, quod hic poſitum eſt, τοὺς ἀλεξανδρεῖς
ἐπὶ

ἐπὶ τοῦ ἐκφυγεῖν uſurpare, Varinus autor eſt. idq;
ita in exemplari Florentino inuenitur. Alia uerò
legunt ἐξελκύσῃ: id quod eſt, nauem de terra dedu
xerit. Vnde Budæo helcyarij, qui in naui onera
funibus moliuntur: uel qui naues deducunt, ſub-
ducuntq;. Gyraldo tamen aliter intellecti, nimi-
rum pro his qui naues ad amnium ripas & maris
littora funibus trahunt: ab helcyo, quod eſt ge-
nus funis.

16. Lege decimaſexta, ubi ἐπιβολὴ in exemplari
Florentino, in alijs ἐπιβουλῇ legitur, quaſi textus
ex inſidijs piratarum, pecunijs quid incrementi
accedere uelit. Ego Florentini exēplaris lectionē
ſecutus ſum: quamuis & alia defendi ac retine-
ri poßit.

21. Quod l. uiceſimaprima uerbū σαβουράτον u-
ſurpatur, id ego à Latino ſaburra deductum exi-
Saburra. ſtimo. Conſueuerunt enim nautæ ſaburra, quæ
craßior ac uilior eſt arena, naues onerare, ad cer
tam uſq; menſuram, ut iactante fluctu ſtabiliores
ſint. Verg. Georg. 4.

—— Et ſæpe lapillos,
Vt cymbæ inſtabiles fluctu iactante ſaburram,
Tollunt.——

Capitur & pro quocunq; pon-
dere, nauibus huiuſmodi cauſa imponi ſolito. Me-
taphoricῶsq; ad alias res transfertur.

27. Lex, τὰ φορτία τὰ ἐν οὐρίᾳ κείμενα, ἀκινδύνως
εἶναι



εἶναι. Οὐρία uentus ſecundus eſt, & aura proſpe οὐρία.
ra, ut quidam tradidere: ſic dicta ἀπὸ τῆς οὐρᾶς,
id eſt puppi, quam impellit: puppis etenim οὐρὰ
interdum, ab animalium cauda uocatur, Moſco
pulo teſte: Poetis οὖρος eſt, ut apud Hom. Iliad. α.

ἵκμενον οὖρον ἵει πλησίστιον ἐσθλὸν ἑταῖρον.

Hinc phraſis illa frequens, ἐξ οὐρίας πλεῖν, quod
eſt nauigare uento ad puppim flante. In quibuſ-
dam exemplarib. legebatur, τὰ ἐν ὁρίᾳ κείμενα:
ſed quid ea lectio uelit, non uideo. Nam licet Ho Horia.
ria nauis ſic piſcatoria, Plauto in Rudente memo
rata: tamen quî lectio iſta huic loco conueniat,
alijs iudicandum relinquo. Ego eam quæ expedi
tior erat, ſecutus ſum.

Ἐμβολῆς, cuius lex 28 meminit, ſæpius eſt mē 28
tio in iure noſtro, ut l. iubemus C. de ſacroſanctis ἐμβολή.
eccleſ. l. ult. de nauib. nō excuſ. lib. 10. & in edicto
Iuſtiniani 13. Ea aūt Alciatus in præallegatis Co
dicis locis, itineris ingreſſum ſignificari ait. Alij,
meo iudicio, clarius: publicarū ſpecierū ſeu an-
nonarū tranſuectionē eā appellarūt. Ita ut mire-
re, doctiß. uirū Gyraldū in locis prædictis embo-
lon legi poſſe, cēſuiſſe: de naui ipſa, locū utrunq;
intelligentē. Eſt enim ἔμβολος nauis quæpiā uelo ἔμβολος.
cißima, ſicuti & τριέμβολος, & δεκέμβολος Ae-
ſchylo, nauis Neſtoris. ἔμβολα uerò ſunt naui ἔμβολα.
giorū faſtigiatæ partes, id eſt proræ, quas & Si-

momata uocant. Apud Plutarchum tamen in Cæ
ſare, ἔμβολα ſunt roſtra Romani fori, ut cum ait:
καθήμενος ἐπὶ τῶν ἐμβόλων, Sedēs pro roſtris.
Sed apud Pindaricos interpretes emboli appella
tione lignum, ad quod anchoræ deſtinantur, ſigni
ficatur. hæc partim apud Euſtath. lib. ult. Odyß.
& Iliad. τ. partim Cœlium lib. 12. cap. 19.

34 Vt ὀθόνης appellatione genus lintei tenuißi-
ὀθόνη. mi ſignificatur: dicti παρὰ τὸ ὀθεῖσθαι, ὅ ἐστι με-
ταχινεῖσθαι, διὰ τὴν λεπτότητα, ut aſſerit Euſta
βέστα. thius lib. Iliad. α. item lib. 3. ita βέστης dictione Ro
mana omne ueſtimentum continetur, ſiue id la-
neum ſiue ſericum, ſiue bombycinum ſit, induen-
di, præcingendi, amiciendi, inſternendi, inijcien-
di, accubandi'ue cauſa paratum. Vlp. l. 1. ff. de
βεστιάριον. auro & arg. legato: hinc βεστιάριον quoq; Græ-
cis τόπος, ἔνθα ἡ ἀναγκαῖα ἀπόκειται ἐσθής, ut
inquit Suidas.

35 Καταρτία, lege 35, malū ſignificari puto, quē
Homerus alicubi καταρτίον nominat, παρὰ τὸ
καταίρειν, ὅ ἐστιν ἀναχωρεῖν ἢ ἀποπλεῖν: ut Ety
mologicon habet, ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος. συμβαί-
νει γὰρ, ἀποπλεούσης τῆς νηὸς ἐπαίρειν τὰ ἱστία
καὶ καταρτία. Quamuis καταίρειν & idem ſit
quod ἐλλιμενίζειν, καὶ καταπλέειν, ut annotat
Euſtathius lib. 1. Odyſſeas. Arboris autem uo
ce malum reddidimus, quòd ita ea uoce & uete-





res Iureconſultos uſos conſtet. l. amißæ. § arbore.
ff. ad l. Rhod. de iactu. l. 3. ff. eodem tit.

Τὸν βιγλίων φρουρὸν, excubijs agendis præ- 36
fectum intelligo, dictione à Latinis mutuata.
Nam ea Græcos fuiſſe uſos, apparet ex titulo Zo
naræ, & libris Nicephori regis περὶ παραδρο-
μῆς, ſtatim capite ſecundo: id quod (quia Nice-
phorum nōdum extare ſcio) ita inſcriptum eſt,
περὶ βιγλῶν, καὶ πόσον διάστημα ὀφείλουσιν
ἀπ' ἀλλήλων διΐστασθαι. Nonnulla exempla-
ria, βιγλιοφόρος habere uidi: ſed quid ea dictio-
ne intelligatur, alij cogitent. βιγλίδας, funes ex βιγλίδας.
iunco contextos eſſe, Etymologicon tradidit. Sed
quid id ad rhombum?

Congruit ea pars legis quæ de æſtimatione 40
holoſerici loquitur, cum uerbis Flauij Vopi-
ſci in Aureliano, ſcribentis: Veſtem holoſe-
ricam neque ipſe in ueſtiario ſuo habuit, neque
alteri utendam dedit. Et cum ab eo uxor ſua pe
teret, ut unico pallio blatteo ſerico uteretur, il-
le reſpondit: Abſit ut auro fila penſentur. Li-
bra enim auri tunc libra ſerici fuit. Eſt autem
holoſerica ueſtis, tota ex ſerico, nulla alia ma-
teriæ ſubducta: qua primus Romanorum u-
ſus eſt Antoninus Heliogabalus, autore Lam-
pridio. Subſerica uerò eſt, cuius ſubſtamen ex
ſerico eſt.

41 Κέρατα, Cornua quoq; Latinis, ut apud Virg.
Cornua uelatarum obuertimus antennarum.
Quæ autem cornua propriè ſint, Tertullianus
oſtendit libro aduerſus Marcionem tertio: Nam
in antennna (inquit) quæ crucis pars eſt, extre
mitates cornua uocantur.

Τῶν ἐφολκίων mentio fit l. 43. 44. & 46. Eſt
ἐφόλκια, autẽ ἐφόλκιον, ſiue fœminino genere ἐφολκὶς, ge-
nus nauigij, quod maiorẽ nauem ſubſequi ſolet.
Suidas & Moſcopulus, ſic dictum aiũt παρὰ τὸ
ἐφέλκεσθαι: unde & per trãslationẽ pro cõuiua
uſurpatur, non uocato, ſed ab alio adducto, qui
Latinis umbra dicitur. Sed & τὸ πηδάλιον,
id eſt temonem ſeu ſtiuam nauis, ἐφόλκιον appel
lari, antea ex Euſtathio annotaui, lib. 5 Odyſſ.
atq; ita hanc uocem in prioribus duabus legibus
accipere non uererer. Licet quidam uelint id po
tius ἐφολκαῖον, quàm ἐφόλκιον dici. Verùm Eu-
ſtathio hæc confundi, perſpicuum eſt.

Poſteriores duæ leges ſummario carent, quòd
eæ fortè ab alio legibus Rhodijs adiectæ ſint. De-
ſumpta autem prior eſt ex tit. C. Ne quid oneri
publico imponant: lib. 11. alia autẽ ex tit. Digeſto
rum de incend. ruin. nauf. rat. na. expug.
l. 1. & l. Pedius.

F I N I S.

# E R R A T A.

Pag. 19. uerſ. 1. uendiderit, pro fecerit 23. 20.
Nam hi 24. 11. αὐτὰς εἰ 13. αὐτὰς 25. 9. cuſto-
dias inſpicere 14. Epiſcopi in die paraſceues, incar.
27. 17. l. unius 31. 5. C. de erro. aduoc. 43. 8. nec
exceptionẽ 54. 1. Ἀνεῖσι 69. 24. ni ſtiterit 209.
penult. ſoluant ei qui de communitate ſunt, iuſtas
212. 3. οἰκείων 215. 7. nondũ adultus 265. 20. re-
perta 271. 21. manibus 273. 23. de iur. immun.
274. 10. ſic dictam 277. penult. æſtimaretur. 278.
17. hic lex, non, dicit lex 278. 20. taxatio-
nem 280. 1. leg. l. dominus

## RERVM ET VERBORVM in hiſce legibus memorabilium INDEX.


A

Accurſij lapſus. 277
Ægyptiæ naues 276
Aelij Galli I.C. de uerborũ ſignificatione commentarij 270
æſtimatio rerũ qualis ineunda, iactu facto. 285
ala 286
Alciatum à uocabulorum interpretatione nõ abhorrere 271
amphoteropl9 uſura. 180
annus 31
anſa 286
antenna 292
Antigoni nauis τεσσάρμινος 282
ἀντίλεγον 48
Antiochi clades 271
Antonini de lege Rhodia reſcriptum 272
Ant. Auguſtinus I.C. 271 & 272
arbor nauis 290
archigubernium 274
armamenta 279
ἄρμενα 282
ἀρμενίζειν. ibidem
ἀρμενιστὴς. ibidem
aſſa uox 287
αὐχὴν 286
αὐχένες. ibidem
aura proſpera 289

B

Βαγεύειν 160
βχοδὸν 148
barcæ 279
βίστυ 290
βιστιάζειν. ibidem
βιγλίδες 291
βιγλιοφόρος. ibidem
βιγλίων φρουρός. ibidem
bonorum poſſeßio 53

C

Caij de origine uocabulorum libri 270
Calafatte. καλαφάτης 274
Calaphates cur Michael Imp. dictus. ibidem


calcu-




calculus modiationis 276
calculum iniri 286
Calendarium 279. 281
καννάβινα σχοινία, cannabini funes 282
carabellæ 275
καράβιον, carabita, carabus 275
κάραβοι ἐξηρτημένοι. 286
carbaſa 282
καταίρειν 290
καταποντισμὸς 283
καταποντιστὴς 284
καταρτία 290
κατάρτιον. ibidem
κατασκευὴ 279
κόλλα, κόλλωσις 281
celeuma, κελεύσαι, celeuſma, celeuſtes 287
centenariæ naues 277
centonarij 274
κέρατα 291
chilias 277
χρήματα 285
χρόνος μίσθιος 32
ὀλίγος 52
Cilicia 283
claßiarij milites 275
coloni 128
Columellæ locus 281. 282
Cõſulatus liber 275 & 276
contributionis ratio qualis, iactu facto 285
cornua 291, 292
κυβερνήτης 273

D

Δικίμβολος 289
δημόσιοι 272
δορυφόροι 274
διακατοχὴ 60
διφθέραι 283
dolabrarij 274
dotes prædij, uel prædiorum 281

E

Εκβιβαστὴς 110
ἐκπορίζειν 282
ἐκπορίσασθαι. ibid.
ἐκπορίσαι 282
ἔμβολα 289
ἐμβολή. ibid.
ἔμβολος. ibidem
ἔγγειος uſura 279
ἐνθήκη 281
enthecæ cur dotes prædij ab Haloandro redditæ. ibid.




ἐπανα

ἐνιαυτὸς 20
ἐφόλκαιον 286.292
ἐφόλκια 292
ἐφολκὶς ibid.
ἐπιβάται. ἐπιβατίδες. 275
ἐπιβολή, ἐπιβολὴ 288
ἐπιχειρία 279
ἐξαρτυμένον πλοῖον. ibidem
ἐξαρτία ibidem
ἐξάρτησις ibid. & 286
executor 111
ἐξελκύσαι 288
ἐξειλύσαι 287
ἐξ οὐρίας πλεῖν 289

F

Fœneratorũ antiqua conſuetudo 280
frumenti modiatio 278
funes cannabini 282
funes nautici ex uaria materia fieri ſoliti 282

G

Gubernaculo caſtior, prouerb. 287
gubernacula 286
gubernator 273
gundulæ 279
Gyraldi lapſus 289

H

Hannibalis clades 271
ἀγνότερος πηδαλίου, prouerb. 287
ἥβη τελεία 118
ἑξημέριοι 178
helcyarij 288
helcyum ibid.
Heliogabalus primus Romanorũ holoſerica ueſte uſus 291
heteroplus uſura 280
hirci Cilices piloſi 283
ἱστία 282
holoſerica ueſtis quis Romanorum primus ea uſus ibid.
horia 289
hortator 287
ὕλη 175
ὑπόζωμα 286

I

Incontinenti 31
infans 111
iactura in naui quãdo facienda 284
iactus faciendi ratio. ibidem
iactu facto res omnes in naui contribui 284
etiã ipſam nauim. ibi.
in iactu, ſolius liberi capitis & cibariorũ nulla æſtimatio 285
inſtrumentorum appellatione quæ contineantur 282

L

Latera nauis, dextrum, ſiniſtrum 287
lex Rhodia quatenus Antonino Imp. approbata 272
legum nauticarũ quæ in Oceano Germanico & mari mediterraneo obſeruantur, editio promiſſa 271
legum Rhodiarum antiquitas. ibidem
Liburnicæ naues 276
lignagium 283
lintea 282
lintres 286
Luciani locus 273.287

M

Malus, arbor nauis 290
mercatoris arcam & ſeruum portãdi lex 276
μίτρος χεῖρος 32
Michael Imp. cur Calaphates dictus 274
millenaria nauis 277
Mithridatis clades 271
modiatio quid 277
modiatio frumenti 278
modiationis calculus. 276
modus pro modiatione. 278
μυρτὸν. μυρτίτης 178

N

Nauales leges recentiores 284
naualium fabrorũ complura genera 274
naucleri, nauicularij, nauiculatores 273
naufragia ad publicanos pertinento, lex 273
nauigia uectoria 275
nauis ipſa etiam in iactu cõtributioni obnoxia. 284
nauis millenaria Chilias. 277
nauis fabricator 274
artifex. ibidem

nauis latera 287
nauis modiatio quid 277
in Naui extruenda præſtitus modus ſeruari ſolitus 278
naues quadragenariæ, ſeptuagenariæ, cētenariæ 277
naues onerariæ, φορτηγοί, φορταγωγοί, φορτίδες. 276 σιτηγοί, σιταγωγοί. ibid.
nauiū nomina à loco 276
nauium Rhodiarum genera 276
naupegus 274
nautica exhortatio qualiter fieri ſolita 287
nautica uſura duplex. 280
nauticarū legum quæ in Oceano Germanico & mari mediterraneo obſeruantur, editio promiſſa 271
Neſtoris nauis δικάμβολος 289
Nicephori regis περὶ παραδρομῆς liber 291
Nouellarum locus 281

O

Oboli duo, remigis merces 273
οἴαξ 286
ὀλίγος χρόνος 52
onerariæ naues 276
onerariarum nauium ueterum ad recentiores collatio 278.279
ἴεσθαι 290
ἴθυνε. ibid.
ἰθύναι 282

P

παραχρῆμα 30
pecunia 285.286
πηδάλιον 286.292
πηδαλὶς ἀγύρτρος, prouerb. 287
perpetuum 126
φορτηγοί. φορταγωγοί. φορτίδες 276
φοσσάτον 150
φλάξ 286
πλάγια 287
Plauti locus 274
πλευραί 287
πλοῖον διαχρυσωμένον 279
Plutarchi locus 289.290

prædij



prædij uel prædiorū dotes 281
proræ 289
proræ rector 287
proreta. prora 274
πρύμνα 273
πρωρεὺς, πρωράτης 274
φέρειν ποιεῖν 286
πτερύγιον. ibidem
puppis, πρύμνη 273

Q

Quadragenariæ naues. 277

R

Ramex cur κήλη Græcis. 281
remigis merces 273
ῥίζα 286
Rhodia nauis, eiuſq; æſtimatio 276.278
Rhodiarum nauium genera 276
Rhodiarum legum antiquitas 271
Rhodij maris imperio potiti. ibid.
Rhodiorum leges nauales ab Imp. comprobatæ, non tamen ſtatim ciuitate donatæ 272
Rhodiorum peritia naualis 271 & uetus diſciplina. ibidem
Romani Rhodiorum opera illuſtres uictorias ſortiti. ibidem
roſtra fori Ro. 289.290

S

Σαβούρατον. ſaburra. 288
ſcalarij 275
ſcaphæ 286
σινδὼν 279
σχοινία κανναβινα 282
σχοῖνος. ibidem
σίδηρον 146
Senecæ locus 281
ſeptuagenariæ naues 277
ſerici eadē cum auro æſtimatio 291
Sicyoniorum pirata καταποντιστὴς 284
Sidoniæ naues 276
ſimomata 289
σιτηγοί, σιταγωγοί 276
ſtiua nauis 292
στρεβλὸν 283
συμβολὴ 285
συνεισφορά ibid.

Τιλιά

T

Τιλάα ὕβα 118
temo nauis 292
tempus exiguum 53
modicum 33
Theodoſiani Cod. locus. 278
τεῖχοι, σύνωνυμος καὶ διέξιος 287
traiecticia uſura 280
τριζύγμενος nauis 282
τρίμβολος 289
τριώβολον, remigis merces 273
tritici modiatio 278

V

Vectores 275
uectoria nauigia. ibid.
uela 282
uentus ſecundus 289
uigilum præfectus 291
Virgilij locus 283. 288
umbra 292
uocabulorum explicatio etiam à doctiſsimis iureconſultis tam ueteribus quàm recentioribus tractata 270
Vopiſci locus 291
uox aſſa 287
ἀρὰ 289 ἄρος. eod.
ἀρία 289
uſura apud ueteres duplex 279 terreſtris. ibid. nautica ſiue maritima 280 traiecticia. ibid.
uſura nautica duplex. ibid.

X

Xenophontis locus 273
ξυλαγωγία 283

FINIS.

BIBLIOTECA PROVINCIAL UNIVERSITARIA BARCELONA

BASILEAE, EX OFFICINA Ioannis Oporini, anno Salutis humanæ M. D. LXI. menſe Auguſto.

